# MEMORIALE;

96.

In quo

Exponitur quantoperè Sac. Reg. Maj. Sveciæ pacem per Germaniam conſervare & Polonicum bellum reſtinguere allaboraverit; quorumque moliminibus & facibus belli Polonici flamma Germaniæ nunc admoveatur;

*Exhibitum*

## SAC. ROM. IMPERII

Electorum, principum & ſtatuum Ordinariæ Deputationi, Francofurti ad Mœnum congregatæ, d. 14. 24. Junii Anno 1659.

A

## S. R. M. SVECIÆ

Conſiliario, Præſide Ducatuum Bremenſis & Verdenſis & p. t. ad S. R. Imperii ordines Legato & plenipotentiario,

MATTHIA BIÖRENKLOU

Hæreditario in Elmenhoff, Wanneſtadt & Tislingen.

ANNO MDCLIX.

# MEMORIALE.

SAcræ Reg. Maj. Sveciæ infrà ſcriptus Legatus exiſtimat neminem in Ordinaria Imperii Deputatione, acne quidem aliàs per Imperium quenquam (qui modo ſit Reipublicæ peritus, & à Studiis partium alienus) repertum iri, qui non videat odium illud, quod Auſtria in Sveciam jam diu implacabile concipit, & eidem apud alios conciliare ſtudet, originem ducere ex bello inter eas geſto, & Pace per Imperium feliciter ſtabilita. Quid verò Auſtriacos & ſub primam Weſtphalici Tractatus propoſitionem, & circa ejus concluſionem in ipſius Pacis conditionibus quàm maximè offenderit, etſi Svecia libenter ſilentio tranſmittere vellet, in hoc tamen ſtatu rerum, ubi Auſtriaci, vel potius iis nuper adſciti proxenetæ, Brandeburgici, ſine ullo humanitatis, multò minus Pacis conſtitutæ reſpectu, ubique locorum contra Sveciam & linguis, ſcriptiſque publicatis effuciunt, & opere ipſo præſtare conantur ea, quæ ipſi volunt, non poteſt Sveciæ Legatus, quin ea viciſſim, quæ forte nunc audire nollent, vera tamen & ex propriis eorum actionibus & fide dignis documentis eruta, nude & procul calumniis, coram publico Imperii Deputatorum Conventu iiſdem reponat. Quod dum facere parat, ſimul à Moguntino Directorio decenter petit, ut tam hoc ipſum Memoriale, quàm illud, quod licet ſuperiori Anno die 22. Auguſti eidem fuit exhibitum, nondum tamen conſueto dictandi more, nedum factâ propoſitione, ad Deputatorum notitiam venire potuit, præviâ ſolitâ dictaturâ & maturâ propoſitione Deliberationi publicæ ſubiiciat, eoque ipſo non minus de Sac. Rom. Imperio, quàm Sac. Reg. Maj. & Regno Sveciæ benè mereri pergat.

Cum Svecia āte triginta penè annos in ſui aliorumq; defenſionē arma ſumeret, id ſemper unà cum Gallia & aliis Intereſſatis poſtea quà armis quaq; conſiliis & ipſo tractatu operā dedit, ut ſpoliato cuiq; & gravato Imperii Romano-Germanici Membro ſuū, cumprimis Religio & Patria; Patriæ tam communi, quàm cuique propriæ, omnibuſque & ſingulis immediatis & mediatis Imperii Civibus avita libertas, ſecuritas & Pax; Paci perpetuum



dura-

duraturæ vincula legum; Legibus ſacra & Rempublicam concernentibus de-
bita auctoritas; auctoritati legum vivus capitis & membrorum, Magiſtratuũ
item ac judiciorũ, ſine ullo Religionis reſpectu, concentus, & ad publicam
tantùm & Civilem ſalutem directa harmonia; ad hanc verò perpetuandam
quibuſcunque, cùm Corporibus & Conventibus Imperii, univerſali ſcilicet
& particularibus legitima ſua poteſtas, tum ſingulis Electoribus, Princi-
bus & Statibus antiqua jura, prærogativæ, libertates & privilegia reſpectivè
reſtituerentur & magis magiſque firmarentur. Inter alias verò Weſtphali-
cæ Pacis leges inæſtimabilis meritò eſt Inſtrumenti Pacis Articulus VIII; ut-
pote quo Electoribus, Principibus & Statibus quaſi poſtliminiò reddita &
denuo ſtabilita ſunt Jura, quæ circa omnia pacis, bellique negocia in regen-
do Imperio, cũ Imperatore illis ſunt communia. Summa hæc imperandi po-
teſtas, quam ſolidam & communem cum Cæſare Status habent, non poteſt
non inviſa eſſe illi, qui ejuſmodi legibus ſolvi, & ſolus rerum potiri cupit.
Hoc dum intendit & molitur; Imperii autem Ordines juribus ſuis uti; alii-
que quorum intereſt pacta & pacem ſervari, auguſtiſſimi Imperii harmoniæ
fulciendæ conſulere ſtudent, cuniculis partim & artibus, partim etiam auſu
aperto itur ad dictum cumprimis Articulum VIII. enervandum, & libertatis
Germanicæ, tantorumque Jurium legitimos Cuſtodes & vindices, alios ab
invicem dividendos, alios verò ſupplantandos, atque adeo ad pacem tot vo-
tis, laboribus & impenſis partam, iterum peſſundandam.

Quod Sac. Reg. Maj. Sveciæ attinet, quemadmodum vigore pacto-
rum Weſtphalicorum facta eſt, non modò ratione Ducatuum Bremenſis,
Verdenſis & Pomeraniæ, membrum Imperii, & particeps Jurium quæ Sta-
tibus quoad regendum Imperium, & libertatem ſecuritatemque Germaniæ
cuſtodiendam competunt, ſed etiam ratione Sui Regni & unà cum aliis con-
ſors & defenſor Pacis per Imperium reſtitutæ, eique exequendæ & conſer-
vandæ pro virili & parte ſua hactenus incubuit: ita ob dictam pacem conſ-
que reductam & ob memorata munera, quæ licet cum aliis communia habe-
at, non unas tamen poſtea ſuſtinuit moleſtias. Mox poſt pacem in Germa-
nia ſtabilitam præcipua Auſtriæ cura fuit interturbandi tractatum Lubecen-
ſem, & fovendi diſſidium quod Sveciam inter & Poloniam intercedit. Et
cum ſubornata ab Auſtriacis Polonorum molimina injuriaſque intoleran-
das Svecia Anno 1655. bello vellet ulciſci, Moſcovia, Dania, Elector Bran-
deburgicus, Belgium & plures alii in Sveciæ perniciem erant conciendi. In
ejuſmodi contra ſe tam in Impetio, quam extra illud pertenſis machinationi-
bus, diu connixit Svecia. Vbi verò Sac. Reg. Maj. vidit, eas aperte erumpe-
re, & non modo tractatum & reconciliationem cum Polonia objectis qui-
buſcunque impedimentis in perpetuum intricari, ſed arma inſuper contra ſe
ſumi, tum Sac. Rom. Imperii Electores, Principes & Status nunc ſingulos,
nunc



nunc congregatos in Corporibus, Electorali ſcilicet & Ordinariæ Deputati-
onis, tàm per proprias literas, quàm per Miniſtrorum ſuorum voces & ſcri-
pta tempeſtivè & ſeriò monuit de impendentibus ipſi Imperio malis, & re-
ſurgente viciſſim magni illius belli flamma, niſi concordi conſilio & auctori-
tate ſua intercederent, & ultra Jus faſque molienti *D*omui legitimum repa-
gulum ponerent. Si durante noviſſimo Interregno Auſtria non impedivis-
ſet Ordinariæ Deputationis conſultationes, vel in Electorali Collegio tuba
illa Brandeburgica futuro Imperatori claſſicum præcinens, non occupaſſet
plerorumque aures animoſque, utique flamma belli, quæ in vicino ſolùm
Regno Polonicæ tum emicuit, & poſtea in Germaniam quoque pervaſit, an-
te potuiſſet extingui, quàm *P*rovincias Germaniæ attingeret. Belli Danici
incendium, quod tum fuit extinctum, non potuiſſet, niſi externorum cum
Danis factâ conſpiratione reſuſcitari. *P*olonia habuit hic Francofurti duos
Miniſtros: quorum alter Præpoſitus Poſnanienſis (ut lit. A indicat) egit Lit. A.
de educendo ex *P*olonia Auſtriaco Milite, queſtus de enormibus ejus inju-
riis in Clerum & Eccleſiam; alter Reginæ Poloniæ Cancellarius nationis
ſuæ pronitatem ad pacem, Auſtriæ verò ſupinam in illa re aurem toti Con-
ventui inculcavit. Svecia optionem Regi Hungariæ & ejus fœderatis dedit,
ut ſive in Germania, ſive in *P*olonia tractatum inſtituere vellent, paratiſſi-
mam ſe experirentur; idque conſtitutis ad utrumque locum Legatis pari pro-
curatorio & inſtructione munitis, reapſe teſtatum fecit. Nihil horum à par-
te Auſtriæ, niſi verbo & rerum inani conteſtatione tenus, apparuit. In id
tum Rex Hungariæ maxime incumbebat, ut Corona Imperiali potiretur,
promittens non modo ante Electionem ſuam, ſed in ea etiam & quidem ſo-
lenni & juratâ Capitulatione, ſeſe tractatum & pacem in *P*olonia ſine ulla in-
terpoſita dilatione promoturum. Quam ſanctè verò Leges Capitulationis
cùm in aliis quibuſdam, tùm verò maximè in pace per Imperium & cum vi-
cinis colenda, ut & *P*olonica reducenda, hactenus obſervatæ ſint, nunc dice-
tur, prius tamen de Electoris Brandeburgici conſiliis & actionibus Imperio
valde pernicioſis. Contulit idem Elector & adhuc confert ſolius emolu-
menti proprii causâ, ſi non principalem, certè proximam illi, & quidem ma-
ximè adjutabilem operam ad res in Polonia & Germania turbandas. Cum
potuiſſet Anno 1655. exſors belli Sveco-Polonici in ſua Boruſſia vivere, &
neutri parti ſe adjungere, vel certe pro *P*olono, feudi Domino, ſtare, elegit
& ultrò petiit, imò per integrum annum ambivit Svecicam ſocietatem contra
Poloniam. Quam indigne defectionem illam & apertam Electoris hoſti-
litatem tum tulerit *P*olonia, indicat ſub lit. B. adjunctum Ablegati *P*oloni-
ci Morſtenii Memoriale, Imperatori Ferdinando III. oblatum. Nec Svecia, Lit. B.
licet tribus uno anno nempe 1656. Regiomonti, Mariæburgi, & Labavii
Boruſſorum cum Electore ictis fœderibus nixa, Conſtantiorem tamen eum

& fidei obſervantiorem, quàm Poloni, expertá eſt. Nam æternum & indiſ-
Lit. C. ſolubile (cujus formula ſub lit. C. hic apponitur) fœdus, quo Anno 1656.
die 10, Novembr. ſummum Boruſſiæ Dominium Elector adeptus eſt, vix ad
aliquot menſes integrum ſervavit: imò cum parario Rege Hungariæ Polo-
nia Electori idem ſummum Boruſſiæ Ducalis Dominium, & Elbingam,
Præfecturaſque Lawenburgum & Büthou certis conditionibus addixiſſet,
æternum illud cum Svecia factum intra ejuſdem anni decurſum rupit, & in
fœdam hoſtilitatem (quâ una cum Polonis Sveciam Regno Poloniæ & Bo-
ruſſiâ pelleret, & ſi res ita ferret, eam etiam in Imperio perſequeretur) con-
vertit, prout apographa fœderum Velavienſium & Bidgoſtienſis ſeu Brom-
Lit. D. bergenſis, hic ſub lit. D. appoſita, pluribus docent. Si Velaviæ & Bidgo-
ſtiæ ſive Brombergæ inter Poloniam & Electorem renovata amicitia & ini-
ta ſocietas Regni Poloniæ Lithuaniæ & Boruſſiæ finibus ſe continuiſſet,
ibique vires ſuas contra Sveciam exeruiſſet, non eſſet cur nunc Germania
impendentibus ſibi malis ingemiſceret. Verum, ut Brandeburgicorum ar-
tibus eouſque non defuit ſucceſſus perveniendi ad ſummum Boruſſiæ Du-
calis Dominium & acquirendi Elbingam, ſupra dictaſque duas præfe-
cturas: ita blandientem jam fortunam in Imperio integræ Pomeraniæ ac-
quirendæ causâ etiam tentandam cenſuerunt, idque maximè dum Svecia
pluribus hoſtibus diſtineretur. Polonis itaque ut in Pomeraniam Sueci-
cæ ditionis ſeſe effunderent, tranſitum per Marchiam indulſerunt, &
Commiſſarios etiam itineris Duces in Pomeraniam uſque conceſſerunt.
Ipſe Elector reverſus Anno 1657. in Marchiam & ſocietate Regum Hun-
gariæ, Daniæ & Poloniæ, ut & Exercitu proprio non parum elatus, Sve-
cis arma ſua oſtentare, & Regem ſcriptis laceſſere cæpit, prout id ex
Memoriali, quod 22. Auguſti ſuperioris anni Ordinariæ Deputationi ex-
hibitum eſt, pluribus patet. Dum verò Auſtriaci eodem tempore E-
lectionis negocio feliciter perficiendo invigilant, & Elector deſtitutus
ſive Regis Hungariæ ſocietate, ſive prætextu movendi, intra Marchiam
ſe continet, fit pax in Dania. Ne vero illa diu duraret, ſed Dani iterum in
Communem hoſtem, Sveciam, expedirentur, laboratum eſt omnibus mo-
dis. Tentati etiam hic ſunt Imperii ſtatus, alii ſpe conſequendi Ducatus
Bremenſem & Verdenſem, alii aliis commodis, ſi modo ſocietati contra
Sveciam initæ, accedere vellent. Præſentes hic Francofurti Imperii Proce-
res & abſentium Legati videntes obſtinatas in bellum mentes, ſuadebant
Pacem, & prius tentandam reconciliationem, quàm bellum decernendum;
indigitabant Sveciam ejus cauſa huc miſiſſe Legatos; monſtrabant præ-
terea diſſidiorum materiam eſſe exiguam; eventum belli dubium; Sveciæ
vires non eſſe contemnendas; neque ei defutura auxilia amicorum: turbis
ſemel ortis poſſe Turcam intervenire & Germaniam inexplicabili iterum
bello



bello iuvolvi. Nihil horum ante Electionem, ac ne quidem poſt Coronati-
onem juratæ Capitulationis ſanctitas movere potuit Auſtriam ad tractatum
aliquē, nedū ad reconciliationem. S.Reg. M. Sveciæ Legatus exiſtimat ſu-
perfluum fore, ſi multis coram Ordinaria Imperii Deputatione debeat expli-
care Regis & Domini ſui Clementiſſimi intentionem circa Sveco-Poloni-
cum pacificationis negotium; quum cuique de regia illa intentione percon-
tanti eam monſtratis etiam literis authenticis ſatis ſuperque teſtatam fecerit.
Si tamen de ea dubitare quis volet, teſtimonium in hoc caſu inſtar omnium
perhibebit S. Reg. M. & Regno Sveciæ ipſe Cæſareus intimus Conſiliarius
& Legatus, Iſaacus Volmarus in Relatione ſua ad Sac. Cæſ. M. ſcriptâ hic
Francofurti ultima die Auguſti Anno 1658. ſub lit. E hic ſubjunctâ. Etſi
enim Cæſareus ille Legatus in quibuſdam, præſertim ſatisfactionem Sveciæ Lit. E.
& fœdus concernentibus, non eſt in dicta Relatione aſſecutus Svecici pro-
poſitionem, ea tamen quæ ex ejuſdem Svecici Legati ore de reconciliatione
inter Imperatorem & Sveciam refert, conformia ſunt propoſitioni. Sperni
in aula Imperiali pacem & nihil niſi bellum foveri, indicium præbent, cùm
quòd dictus Cæſareus Legatus nihil poſtea acceperit, quod Svecico ad di-
ctam propoſitionem reſponderet, tum Reſponſum Regis Poloniæ datum
Cæſareo Ablegato Liſolæ in Caſtris ad Thorunium die 30. Decembr. Anno
1658. hic ſub lit. F. appoſitum. Rex Poloniæ conteſtatur in eodem reſpon- Lit. F.
ſo, ſe deſiderare pacem cum Svecia accelerandam, non modo ob res Polono-
rum attritas, ſed etiam intuitu Sacri Romani Imperii. Imperator verò cum
Moſcovia promotam pacem cupit, & poſthabito reſpectu Imperii (quod in-
ter Sveciam ut & Regna Provinciaſq; Auſtriacas, Daniam item & Poloniam
medio loco poſitum, armis ultro citroq; movendis facilè inflammari poſſet)
Svecum hoſtem communem à ſe, Polonis, Danis, Brandeburgicis, &, ſi fieri
poſſit, Moſcoviticis quà armis, quà conſiliis perſequendum eſſe ſuadet. Inde
adeo eſt, quod Cæſarei & Brandeburgici Salvos Conductus pro Svecicis Le-
gatis plenipotentiariis exhibere adhuc in Polonia detrectent, & quò minus
Poloni ſuos in deſiderata forma exhibeāt, omnib. modis obnitātur Sed di-
cat aliquis ex memorato Reſponſo Regis Poloniæ dato Liſolæ, apparere, Au-
lā ſcilicet Cæſaream inculcaſſe Polonis in pacē cum Svecia pronis, Daniæ ſi-
mul eſſe conſulendum, nec permittendū, ut illud Regnum Svecorum injuriis
ſubiiciatur. Egregii ſanè Danorū Conſultores, qui privati ſui cōmodi causâ,
primùm iucitarunt Daniam ad bellum & ultimam ſui perniciem; deinde cum
S. Reg. M. Sveciæ beneficio reddita eſſet Statui ſuo, eandē ineſcarunt ſpe re-
cuperandi Provincias, quas ſuæ ſalutis causâ Sveciæ ceſſerat: Tandem verò
ineſcatæ & in vanam hactenus ſpem erectæ gravius nunc incumbunt, quàm
ipſius Daniæ hoſtes. Si placuerit Ordinariæ Imperii Deputationi perlu-
ſtrare ſub lit. G. adjunctam Expoſitionem cauſarum, quibus Sac. Reg. M. Lit. G.
Sveciæ

Sveciæ bellum à *Rege Regno*que Daniæ ſibi illatum, etiam poſt pacem Ro-
ſchildenſem, continuare coacta fuit, deprehendet eam non cupiditate bel-
landi, aut intentione ſubiiciendi ſibi dictum Regnum, ſed aliis juſtiſſimis
cauſis & neceſſitate ipſa exigente arma reſumpſiſſe. In illo rerum ſtatu non
defuerunt cauſæ, cur Holſatiam Regi Daniæ ſubjectam, armis ſtatim aggre-
di potuiſſet. Nam ex Holſatia in Bremenſem Ducatum Danica arma pri-
mùm irruperunt, & poſtea exinde damna maxima data ſunt *S*vecis. Adhæc
Conſiliarii Holſati etiam poſt pacem Roſchildæ factam, auctores fuerunt
Regi ſuo continuandi bellum, & reiiciendi dictam pacem. Quin imò miles
Danicus diſpoſitus per Vrbes & Oppida ejus *P*rovinciæ, non videbatur poſ-
ſe abſtinere ſe ab hoſtilitatibus in *S*vecos exerceri ſolitis. Maluit tamen Sac.
Reg. Maj. offerre Holſatiæ quietem, quàm ob injurias à Danis ſibi denuò
illatas, negocium faceſſere provinciæ ad Sac. Rom. Imperii Corpus pertinen-
ti; prout etiam de eadem ſua intentione Legatis ſuis ſuperiori Anno, Menſe
Auguſto, adhuc Francofurti conjunctim degentibus notum fecit. Quid al-
ter eorum hic infra ſcriptus, tum de itinere hinc capeſſendo cogitans, ſcripſe-
rit de illa re ad Generalem Armorum Svecicorum Directorem per Holſati-
am, Principem *P*alatinum Solisbacenſem, & quale reſponſum inde recepe-
rit de ſpreta ab Holſatis regiâ oblatione & electa communi cum Danis for-
Lit.H &I. tuna, id legere licet ex adjunctis apographis ſub lit. H. & I. Non ignorat
*S*vecia Holſatiæ Ducatus Regimen & Conſiliarios, celatâ fortè ſuprà dicta
oblatione, auxilia Imperatoris contra Sveciam imploraſſe. An verò Imperii
Conſtitutiones & Inſtrumentum Pacis permittant, & ex uſu etiam ſit Electo-
rum, *P*rincipum & Statuum permittere, ut Imperator ex nuda alterius partis
delatione, ſine præviâ genuina & legitimâ facti notitia, non modo ad arma
mox ruat, & delatum Imperii Statum ceu fractæ pacis compertum & notori-
um aggreſſorem tractet, ſed externum etiam *R*egem inconſultis Imperii Or-
dinibus pro lubitu ſuo & pro rationibus propriæ ſuæ Domus, hoſtem Impe-
rii publicatis Avocatoriis proclamet, arma contra eum ſumat, & nomine Im-
perii bello perſequatur, id ut ſuprà indigitata ſummæ poteſtatis jura, quæ Or-
dinibus cum Imperatore ſunt communia & formam regendi Imperium, e-
juſque ſecuritatem & *S*tatuum libertatem quàm maximè concernens, adeo-
que ingentis momenti & conſequentiæ punctum, Electoribus, Principibus
& Statibus. & nunc cumprimis Ordinariæ Imperii Deputationi, ceu ſoli u-
niverſum Imperii corpus pro tempore repræſentanti conſiderandum propo-
nitur. Hæc Imperatoris promptitudo ruendi ad arma, non eſt demum iniquis
Holſatorum precibus provocata. Ex ſuperius allatis probatum eſt, nullum
pacis ſive hic Francofurti aut in alio aliquo Imperii loco, ſive in Polonia faci-
endæ, ſed bellandi ſolum deſiderium hactenus penes Auſtriam & Electorem
Brandeburgicum reſediſſe. Quinimo Brandeburgici fervente negocio Ele-
ctio-



ctionis, & quidem ipſa die Cæſareæ Coronationis urgere non deſtiterunt,
ut in Collegio Electorali ſuper mandatis Avocatoriis, ab Imperatore publi-
candis, propoſitio fieret & conſultatio inſtitueretur. *S*i dies dicta Corona-
tioni atque propterea Imperatori & Imperio ſolennis & veneranda, ſi nego-
cium inaugurationis ſacroſanctum, ſi jusjurandum Imperatoris ſuper Capi-
tulatione præſtitum, ſi Auguſti Collegii Electoralis & præſentium Princi-
pum Legatorumque Conſilia pacifica, ſi denique à *S*vecia & Polonia in eo
conventu factæ declarationes ritè perpendantur & conferantur cum ſupra
dicto Brandeburgicorum poſtulato & horum conſiliis; utique exiſtima-
bunt omnes cordati damnandam eſſe inconſideratam & profanam illam Bran-
deburgicorum importunitatem; idque eò magis quòd non ante ceſſaverit,
quàm mandata illa avocatoria ſine ſcitu & conſenſu Ordinum, in ſummum
totius Imperii præjudicium, promulgarentur. An verò Electorum (ut lo-
quuntur illa contra Sveciam publicata) conſilio, & unanimibus etiam o-
mnium & ſingulorum ſuffragiis, vel legitimo ſaltem ejuſdem Collegii con-
cluſo hic decreta ſint ſæpe dicta mandata, de eo non immeritò dubitatur.
Tantis enim Principibus & Imperii Columinibus haut dubie in mentes tum
venit, decernere mandata avocatoria, in caſu & negocio, legibus Imperii
non definito, & præſertim graviori, Imperii ſalutem & quietem afficiente,
eſſe rem ut ſpectantem ad Ordinum Imperii deliberationem & totius Impe-
rii concluſum; ita maximæ quoq; eſſe conſequentiæ; Regem ſcilicet *S*veciæ
(nam alius contra quem Brandeburgica arma ferrentur, non erat) qui ne-
minem in Imperio laceſſierat; qui conteſtabatur ſe velle diſſidia in Polonia
& Borruſſia orta, & quæ ad Imperium propriè non attinebant, brevi via &
juſtis conditionibus componere; qui Imperii Ordines de ingruentibus Im-
perio malis, niſi Imperator & Elector Brandeburgicus pari ratione tractatui
& paci ſe accingerent, tempeſtivè & amicè monebat; ejuſmodi avocatoriis
declarandum eſſe Imperii hoſtem: Multos Imperii Principes, Comites,
Barones, Nobiles & alios, honeſtos ſtrenuoſque viros, qui freti Germano-
rum antiquisſima & huc uſque in ſolidum conſervata libertate, extra Imperii
fines, in Regnis aliis, *P*olonia ſcilicet & Dania *S*veciæ militabant, ſimul dam-
nandos eſſe improbitatis & illicitarum operarum. Intereſſe omnium & ſin-
gulorum Imperii ſtatuum mandata avocatoria, ſi modo eſſent expedienda,
non niſi juxta leges, juſtè & neceſſariò decerni: id niſi fieret, multum odii
& periculi in eos, qui & perperam publicandis auctores, & injuſtè publica-
torum effectuique datorum participes & patientes fuiſſent, poſſe redundare.
Hæc & talia, quin obverſata ſint Electorum animis, non dubitat Legatus
Sveciæ. Et (ſi forte ad importunas Brandeburgicorum inſtantias in aliqua
mandata, ſed generali ſaltem formâ, & ſine alicujus innocentis præjudicio
edenda, quidam Electorum tum conſenſerant) non ſit eidem Legato veriſi-



mile,

mile, voluiſſe coſdem hoc ipſo favêre intentioni & effectibus, quæ nunc de-
mum conſpiciuntur; præſertim cùm non minus ex parte Electorum, quàm
Principum & Statuum Cæſarea illa Edicta in pleriſque Imperii Provinciis
non ſint promulgata, in aliquibus verò certi tantum reſpectus causâ, non ani-
mo lædendi Sveciam, publicata perhibeantur. Quid ſecum ferant ejuſmo-
di Avocatoria, & quid intendere ſoleant eorum ſuaſores & auctores, mavult
Lit. K. Legatus excerpto quodam alieni ſcripti ſub lit. K. huic ſociato, quàm ſuis
verbis monſtrare. Ea omnibus hic nuper eluxit ipſius Sac. Cæſ. Maj. indo-
les, ea animi moderatio, & Juſtitiæ is amor, annoſque ſupergreſſa prudentia,
ut credi nequeat, eam (ſi modo omnes in tam ingenti negotio concurrentes
circumſtantiæ & conſequentiæ rite & fideliter eidem repræſentatæ ſunt) talia
Edicta & iis inædificatas actiones mandaſſe. Præfigitur tamen Avocatoriis
Cæſareum nomen: prætexuntur rei neceſſitas, Cæſareum Officium, Capitu-
latio ceu norma & Electoralis Collegii Conſilium Authoritaſque. Ipſe ta-
lium ſuaſor & impulſor, armorumque ductor, Elector Brandeburgicus, ut &
Cæſarei Generales non verentur extra Imperii fines & quidem in Bello, quod
in Regno Daniæ geritur. & à Dania eſt ſuſceptum, nomine Imperii captivos
Sveciæ Officiales & milites Germaniâ undecunque oriundos declarare im-
probos & proſcriptos eoſque ceu Imperii bannitos retinere & ſuis ſervitiis
mancipare, prout id cùm aliàs ex ipſa notorietate, tùm ex Sac. Reg. Maj. Sve-
Lit. L. ciæ literis ſub lit. L. patet. Quomodo etiam Campi Mareſchalli Dn.
Comitis Konigsmarcky conjux queratur de confiſcatis ſui mariti bonis, &
quàm indigne id Sac. Reg. Maj. Sveciæ ferat, etiam ex additis apographis ſub
Lit M. N. lit M. & N. videre eſt. Hæc niſi tempeſtivè ſiſtantur ab illis, quibus com-
petit ſumma cum Imperatore poteſtas, & quorum intereſt pacem ſartam te-
ctam conſervari: Niſi Avocatoria tollantur, captivi Officiales & milites la-
xentur banno, & tranctentur militari ritu; niſi bona Dn. Comitis Konigs-
marcky & aliorum fiſco addicta, debitè reſtituantur, facile eſt judicatu,
quid tantæ injuriæ pluribus aliis ſociatæ, tandem poſt ſe trahant. Quibus
evenientibus, ut Sac. Reg. Maj. Sveciæ nullam cauſam præbuit; ita nunc
Legatus Ejus, facta coram Deo, univerſa Europa, toto Imperio & præſenti
Deputationis Conventu proteſtatione ſuper Regis & Domini ſui innocen-
tia & adverſæ partis pervicacia, confidit non fore inultos omnis ſecuturi ma-
li Authores. Præterea notũ eſt, quantos clamores per Imperium hoc tem-
pore excitaverint Brandeburgici & quod quaſi Imperii Ordines ad arma con-
clamaverint propterea quod Sveci Caſtra Dömitzenſe in Ducatu Megapoli-
tano, & Löckenitzenſe in Marchia occupare voluiſſent, quodque navem
quandam Colbergenſem fiſco addixiſſent. Tempus ipſum docuit, prius
ne quidem fuiſſe tentatum. Quod verò poſterius commentitiis quibuſ-
dam circumſtantiis fuerit incruſtatum, oſtendit ſuprà ſub lit. N. allegatum
docu-



documentum. Detenta quidem à Svecis in Oreſundo fuit navis quædam
Colbergenſis, ſed ad tempus tantum & ob evidentes rationes: quæque poſt-
ea ad ſuos fuit dimiſſa. Fuit verò ſuperiori autumno & quidem tum de-
tenta, cum Haffnia à Svecis obſeſſa, à prævectis aliarum Nationum, etiam
Germaniæ navibus omnia, quæ in iis ex uſu ſuo deprehendebat, ſibi deſume-
re ſuſtinuit, & navibus deinde ipſis ad vehendum ſibi ex Holſatia & Cimbria
fœderatorum militem, uti decrevit. Deſumpta quoque ex eadem navi
Colbergenſi fuerunt edulia, aliaque in uſum militiæ Svecicæ; & navis ejuſdem
Domino ſolutio ex vectigalibus Pomeraniæ fuit aſſignata. Nihil hic à
Svecia eſt factum, quod à jure & moribus gentium, ipſaque adeo Danorum
praxi diſſonum poſſit dici: perinde tamen de nave illa per Imperium cir-
cumlatæ fuerunt Brandeburgicorum querelæ, ac ſi Berolinum à Svecis fuiſſet
captum. Scilicet hæc & ſimilis farinæ alia, hinc inde corraſa prætextum
debuerunt præbere Avocatoriis evibratis & injuſtis adverſæ partis conſiliis
actionibuſque. Si illi, quibus in Imperio competit poteſtas decernendi &
publicandi Avocatoria contra improbe & illicita facientes, juſtâ trutinâ vo-
luerint examinare Electoris Brandeburgici actiones, quomodo ſcilicet Po-
lonis in Pomeraniam ruituris, eamque igne ferroque vaſtaturis viam & pate-
fecerit, & per proprios monſtraverit; quomodo ipſe Ductor exercitus unà
cum Cæſareanis & Polonis Megapolitanos, & præcipuè Holſatos in hunc uſ-
que diem exagitet; quomodo tractatum in Polonia detrectet, & bellum tam
ex Polonia, quã Dania in Germaniã, idque libidine habendi Pomeraniã deri-
vet; habebunt procul mni dubio, quod in Germano præſertim Principe &
reprehendant, & ſi talibus ſuperſedere nolit, juſta indignatione perſequan-
tur. Sed regerunt Cæſarei & Brandeburgici, non aliud ſe intendere &
quærere quàm pacem ſibi & omnibus ſuis fœderatis tutam, communem &
univerſalem. Si Cæſareanorum & Brandenburgicorum verbis ipſa inten-
tio concordat, cur pacificationis negocium ad eum finem non promovent?
Tantum abeſt ut Svecia illi ſcopo refragetur, ut ad generalem Tractatum ſit
paratiſſima. Legati Svecici qui Tractatus Sveco-Polonici cauſa in Pome-
rania hærent, & ſecuritatem tranſeundi in Boruſſiam præſtolantur, jam diu
habent ſufficientia procuratoria tractandi cum Danis æque ac cum Cæſareis,
Polonis & Brandeburgicis. Teſtis etiam erit Eminentiſſimus & Celſiſ-
ſimus Princeps & Elector Moguntiuus infrà ſcriptum Svecicum Legatum
productis jam dudum authenticis literis ad oculum oſtendiſſe Sac. Reg.
Maj.. Sveciæ in pacem univerſalem propendere. Quinimò ipſa Sac.
Reg. Maj. Sveciæ editâ Croneburgi die 20. proximè præcedentis men-
ſis Junii, luculentiſſimâ Declaratione, quæ ſub lit. O. adjungitur, omni- Lit. O.
bus, & huic cumprimis Deputationis Conventui teſtatum fecit, ſe nihil
prius neque antiquius habere, quàm ut univerſali ejuſmodi Tra-

 ctatu

ſtatu Septentrionalibus motibus finis imponatur. Vbi propoſitum tale à Cæſareis & Brandeburgicis publicè & reapſe declaratum eſt? Quòd hoc fecerint vel erga Directorium Moguntinum vel in hoc Imperii Conventu vel etiam coram Mediatoribus in Dania & Polonia, hactenus Svecico Legato non eſt compertum. Solenne alias ſolet eſſe Auſtriacis pacem in lingua promptam, in corde verò bellum fovere: huic deinde ſcopum proponere aliam pacem, quæ intentioni & rationibus ſuis magis ſit accommodata. Neque verentur talia dicere & ſua dicta factis comprobare. Legato Cæſareo Iſaaco Volmaro hinc non ita pridem abiturienti non forte fortuna excidit, ſed familiaris & penè quotidianus ſermo fuit, ſcilicet Imperium non ante fore quietum & tutum, quàm Svecia è Germaniæ Provinciis eliminata, intra ſuas rupes redigeretur; nunc nunc adeſſe tempus, quo illa res effectui daretur. Jactatæ fuerunt in Sveciam temerariæ & probroſæ ejuſmodi voces mox poſt Pacem Pragenſem; Sed ſuperbæ illi intentioni non reſpondit eventus. Qui tumida illa Imperia tum emittebant, DEO duce & directore tandem ad Pacem, quæ juxta Imperii Conſtitutiones, Ordinum libertati conſulit, adacti ſunt. Si eam iterum, ut jam cæperunt, ita pergent evertere, & tum demum Imperium (quæ temeraria eſt ſupra dicti Legati Cæſarei vox) tutum fore iudicabuut cum Sveciam ceſſis illi in Germania Provinciis, ſpoliaverint, pro optima & jucundiſſima pace bellum priori longe deterius inducent.

Quare cum Aula Imperialis (ſuffragante eidem nunc Electore Brandeburgico tantiſper dum Pomeraniæ acquirendæ cauſa Regno Sveciæ noceceat) non ſecus habeat leges Imperii, illas præſertim, quibus quàm maximè nituntur & Ordinum Libertas & Imperii *P*ax, acſi arbitrii ejus ſit, eaſdem ſi non plane refigere, ſaltem pro tempore & rationibus Auſtriæ limitare, indeque Tractatus Pacis tam univerſalem quàm particulares in Polonia, & Dania hactenus impediat, tantoque tempore oblatæ ſibi à *S*vecia reconciliationi aures obſtinata occludat; Interea verò in Imperio motibus & bello januam aperiat: Ideo in hoc rerum articulo (cum Germaniæ tot bellorum faces admoventur & Aula Imperialis ſalutem publicam ſusque deque habet) eſt cur ſacri Rom. Imperii Ordines & Reipublicæ, & ſibi quiſque metuant. Quæ præjudicia afferantur Reipublicæ non ſolum Avocatoriis perperam expeditis & bellis ſine Ordinum Imperii ſcitu & conſenſu ſuſceptis & huc uſque geſtis, ſed aliis etiam modis hactenus inauſis, vel certè cautiori ratione tentatis, ſunt partim in hoc & prioribus Memorialibus demonſtrata, partim etjam per ſe nota. Fama etiam eſt, non modo egredi Exercitum fœderatorum Cimbriâ & Holſatiâ, ſed novum etiam in Auſtriacis *P*rovinciis comparari. Vt vel hic in Auſtriacis Provincis diu ſubſiſtat, vel ille domos quiſque ſuas adhuc repetat, non eſt veriſimile; quin hoc potius, ut omnes vel



vel in *S*veciæ Provincias, vel vicinas alias vel etiam utraſque pro rerum ſtatu & intentione, quam fovent, ſeſe infundant, & pro Imperio, quod ſibi aſſumunt, deinde agant. Sac. Reg. Maj. Sveciæ confidit fore, ut quæ ſibi ab Imperio debetur guarantia, in omnem eventum præſtò ſit. Et ut ipſa provocata licet & laceſſita tam variis injuriis & modis, pacem tamen Imperii omnibus juſtæ vindictæ cauſis, occaſionibus & emolumentis hactenus prætulit, & adhuc quàm diu per alios licebit, præferre parata eſt: ita non dubitat, quin Sac. Rom. Imperii Electores, *P*rincipes & *S*tatus & Eorum hic Francofurti ad Mœnum congregati Deputati viciſſim quod ſui muneris eſt, faciant & maturè conſulant periclitantibus Imperii Iuribus, Authoritati, Saluti. Francofurti ad Mœnum, die 4. 14. Julii Anno 1659.

Matthias Biörenklou.

Lit. A.

SACRA AC REGIA MAJESTAS,

Domine Dn. Benigniſſime.

ECcleſiaſtici Ordines & Clerus Vniverſus Majoris Poloniæ, Diœceſis Poſnanienſis, humiles ſervi & indigni apud Deum exoratores, ad thronum Sacræ Reg. Maj. Veſtræ iſto libello venerabundi accedimus: Novum id planè neque in hunc diem fortè auditum ab externo *R*egno ad Regem externum: Sed malorum novitas adeò ſuperat, ut, quod in medicina fieri ſolet, conſumptis fruſtra veteribus, nova tam & externa remedia neceſſitate adacti quæramus. Patiatur bonitas Auſtriaca indoleſque alta & Regia *S*acræ Majeſtatis Veſtræ, miſerias noſtras breviter ſibi narrari & quam in lubrico Res Sacræ, Clerus iſtius oræ, poſtremò fides Catholica, niſi magnitudine animi, pietate, Juſtitiâ, Clementiâ *S*acræ Majeſtatis Veſtræ fulciantur.

Onerari invidiâ auxiliarem militem apud aures Sacræ Majeſtatis Veſtræ minimè velimus, illum præſertim egregiè de nobis meritum, cujus auctoritati ac terrori firmatam rem Polonam libenter imus adſcriptum.

Novimus exercitum ſine annonâ haberi regique non poſſe, ſed rationes noſtræ tot per annos attritæ cogunt ingenuè fateri, nullas omninò vires opesvè nobis ſuppetere, queis ferendo tanto oneri ſufficiamus.

Accedit, legiones per oppida ut plurimum Eccleſiaſtica diſpoſitas, patrimonium Chriſti lacerare, annonam & pecuniam ex agris multis exigere, jubereque ut in longinquas ſtationes alicubi ad decem, quindecim, vel amplius milliaria commeatus devehantur.

Commiſſionem ſeu Ordinationem hybernorum nullo Eccleſiaſtico



voca-

vocato aut præſente peractam , Sanctuaria Parochorum omni Jure & conſvetudine exempta occupari , alimenta eorum conſumi, prædia & Curias quaſvis Eccleſiaſticas & milite inſideri, boves, armenta mactari, abigi, non quantum licet, ſed quàm libet, & quod acerbum longeque miſerrimum, neque ipſiſmet Dominis ad tolerandam vitam neceſſaria & propria permitti.

Equidem experiendo didicimus, inevitabilia hæc mala comiteſque in bello Provinciarum calamitates ac ærumnas. Magna tamen ſpe ducimur, exhauſtis egentibuſque à Clementia Regia *S*acræ Majeſtatis Veſtræ præſidium ac levamentum fore.

Ingentem modo animum *S*acræ Majeſtatis Veſtræ digniſſimum hæc cura exerceat, everſis Eccleſiaſticis bonis , Sacerdotes victus inopia ( prout nunc evenit ) à templis & altaribus diſceſſuros, ſubituram hæreſin, cui pridem validæ in hac provincia compendium ad præſens videtur occaſione publici mali partes ſuas longe proferendi.

Porrò innatæ Clementiæ & Magnitudini animi Sacræ Majeſtatis Veſtræ humillimè & cum lacrymis ſupplicamus, velit jubeatque Sacra Majeſtas veſtra cultum divinum & patrimonium Chriſti relaxatione à tantis tamque impoſſibilibus oneribus conſervari.

Rependet Deus ter Optimus tanto erga nos Sacræ Majeſtatis Veſtræ beneficio longævam vitam, tranquillum Imperium, lata incrementa, immortales terra cœloque triumphos , quod nos animitus oramus vovemuſque. Datum *P*oſnaniæ die 22. Januarii Anno 1658,

Sacræ, ac Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ,
Dni. Dni. Benigniſſimi,

*Servi & exoratores humillimi*

Albertus Tholibowskj Epiſcopus
Poſnanienſis. *mpp.*

Andrees Olszowkj Præpoſitus Poſnanienſis,
Capituli Eccleſiæ Cathedralis & Cleri
Diœceſis Poſnanienſis nomine *mpp.*

Ad
*S*acram Regiam Majeſtatem Hungariæ ſupplices literæ Epiſcopi & Cleri Poſnanienſis, exhibitæ ab Ablegato Regis Poloniæ *P*ræpoſito Poſnanienſi, Dn. Andrea Olszowskj.





Lit. B.

SAC. CÆS. MAJ. DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.

ALiis ſine dubio viis innotuit Sac. Cæſ. Maj. Veſtræ qualiter Elector Brandeburgicus Reipublicæ *P*oloniæ ex nomine Ducis Pruſſiæ Vaſallus, Regi Sveciæ aperto *P*oloniæ hoſti, contra omne jus & fas novo infamique fœdere non pridem ſociatus, & nuperrimè publicis etiam literis hoſtilitatem profiteri non veritus, in feſtis jam armis in *S*ereniſſimum Regem Noſtrum ejuſque Exercitum invehatur. Quam quidem atrocem injuriam & raram perfidiam quam acerbè ſentiat. *S*ereniſſimus Rex , & omnes, Regni Ordines verbis ſatis non poteſt exprimi. Violavit ille Pacta publica , quæ Nobis cum univerſo Imperio & ſingulis Imperii principibus, populiſque intercedunt.

Nec enim licuit, per *P*acta conventa Principi Germaniæ in *P*rovinciis Imperii milites contra Regem *R*egnumque *P*oloniæ ſcribere, multo minus licuit arma infeſta reipſa inferre, minimè vero omnium licuit, Vaſallo Regni *P*oloniæ tot juribus & beneficiis obligato, inire cum hoſtibus fædera , arma jungere, invadere Provincias, occupare Urbes, ſuſque deque vertere jura, innovare ſtatum, Epiſcopatum extinguere , Eccleſiaſticum Dominium ſecularizare. diſmembrare Regnum ; Exercuit vero in immenſum magnitudo & enormitas tot facinorum & injuriarum, ex dolo quem immiſcuit, quando ficto protectionis nomine, magnam *P*ruſſiæ partem ſuæ fidei concreditam paulo poſt prodidit, & partim in ſuam partim in hoſtium poteſtatem, miſeramque ſervitutem coëgit. Si maximam hiſtoriæ Germaniæ partem plurium ſeculorum recenſere placet , vix reperiemus exemplum ſimilis perfidiæ, in *P*rincipe Germaniæ; Hæc profecto ſunt, quæ juſtum totius Poloniæ odium contra Electorem Brandeburgicum aliàs ſuſcitarunt , quod tamen nuper excrevit in immenſum, & plane factum eſt implacabile, quando infeſtum contra Regem & Rempublicam animum per ultimum internuncium literaria belli clarigatioue declaravit ; Itaque omnes vellent perditum & radicitus exciſum. Sed quemadmodum Sacram Cæſaream Majeſtatem Veſtram, ut ſupremum ejuſmodi facinorum recognoſcimus in Imperio vindicem ita jam ingenti tenemur deſiderio , ſciendi , quas ab armatura Sac. Cæſ. Maj. Veſtræ ſperare & expectare poſſimus vindicias. Nos ipſi ſanè nobis non deerimus, ſed Maj. Veſtra quâ Imperator, qua vindex, publicorum jurium fœderumque quâ caput Chriſtianitatis , non deerit ſine dubio juri ſuo , ſi domare juvet vicini Catholici innocentis *R*egni invaſorem & oppreſſorem. Mitto privatas Veſtræ Majeſtati *C*æſareæ & Regiæ proprias juſtorum armorum cauſas. Experta eſt *S*ac. *C*æſ. Majeſtas Veſtra

quo dolo actum ſit, in nuperis Legationibus, quando idem ipſe Elector
Brandeburgicus eodem plane tempore, ſua cum Rege Galliæ fœdera contra
Majeſtatem Veſtram Pariſiis ſtabilivit, hic Viennæ neſcio quas armorum
conjunctiones per ſuum Legatum à Sac. Cæſ. Maj. Veſtrâ fraudulenter ex-
petiit. Denique quid tandem ſupereſt, niſi omnium armis opprimatur ille,
cui nihil eſt ſanctum, nihil pium, nullum jus inviolabile, nulla fœdera ſatis
firma, à quo ſemper formidandum eſt, ſi minima detur bellandi & rebellan-
di occaſio & opportunitas, ſi Maj. Veſtra Cæſ. in hâc occaſione ſuam Nobis
ſubtrahat manum, multa quidem erunt, quæ nos multum mærere facient, ſed
nihil afficiet acerbius, quam quod Brandeburgicus evadet inultus nec luet
pro meritis. Noſtris ſolius Poloniæ armis, uti par eſt, vindicare ardu-
um eſt, conabimur tamen, quantum vires noſtræ ferent. Sereniſſimo
certè Regi noſtro conſtitutum eſt, tentare omnia, ut liceat vindicare acer-
biſſimas Deo, Eccleſiæ, Regnoque illatas injurias neque dubitabit, hoſtem
Regni aggredi & quærere Brandeburgicum etiam in ſubjectis eidem Pro-
vinciis intra Imperium, quod Sacra Cæſ. Maj. Veſtra Electoreſque imperii,
pro ſuâ quiſque prudentiâ nullâ injuriâ factum exiſtimabunt. Illud ad fi-
nem adiiciatur: Brandeburgicum privatis publiciſque Literis perſuadere
velle, tùm Poloniæ Proceribus, tum aliarum Nationum Principibus, conjun-
ctionem Suam cum Rege Sveciæ & armorum Societatem non cõtendere, ut
hoſtem ſe profiteatur Regis Poloniæ. Egregiè! Sed retorqueamus hoc
telum: Sac. Cæſ. Maj jungat arma Polonis, ut ſe non hoſtem profitea-
tur Regis Sveciæ & Electoris Brandeburgici, ſed ut Pacem inter hos, Re-
gnumque Poloniæ efficacius & felicius promoveat, & ſtabiliat. Digna-
bitur Sac. Cæſ. Maj. Veſtra cito & Clementiſſimo reſponſo aperire mentem
ſuam, quo redux exhilarare, & in optimam ſpem erigere tàm Sereniſſimum
Regem quam univerſam patriam poſſim.

Sac. Cæſ. Maj. Veſtræ

Humilimus Servus

Andreas Moſtkorosky.

Lit. C.

NOS FRIDERICUS WILHELMUS DEI gratia Marchio
Brandenburgenſis Sacri Romani Imperii Archi-Camerarius & Prin-
ceps Elector Magdeburgi, Pruſſiæ. Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini Po-
meraniæ, Caſſubiorum, Vandalorumque, nec non in Sileſia Croſnæ & Car-
noviæ Dux, Burggravius Norimbergenſis, Princeps Halberſtadii & Mindæ,
Comes Marcæ & Ravensbergi Dominus in Ravenſtein, ſignificamus omni-
bus



bus & ſingulis quorum ſcire hoc intereſt, Quod cum ad Tractatnm cum Se-
reniſſimo & Potentiſſimo Principe, Dn CAROLO GUSTAVO Sveco-
rum, Gothorum Vandalorumque Rege, Maguo Principe Finlandiæ, Duce
Eſthoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini Pomeraniæ, Caſſubiæ, & Vanda-
liæ, Principe Rugiæ, Domino Ingriæ & Wiſmariæ, nec non Comite Palati-
no Rheni & Bavariæ Duce, Domino Cognato, Fratre & fœderato noſtro
colendiſſimo, Plenipotentiarios noſtros Commiſſarios conſtituerimus, eoſ-
que ſufficientibus Mandatis inſtruxerimus, Illi cum Suæ Regiæ Majeſtatis
Plenipotentiariis Commiſſariis congreſſi, in ſequentia pacta quorum Capi-
ta omnia & ſingula hic inſerta ſunt, atque hic ſequuntur, conſenſerint.

Notum teſtatumque ſit univerſis & ſingulis, quorum intereſt, aut qno-
modolibet intereſſe poteſt, quod cum poſt confecta inter Sereniſſimum &
Potentimmum Principem ac Dn. Dn. CAROLUM GUSTAVUM DEI
gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorumque Regem, Magnum Princi-
pem Finlandiæ, Ducem Eſthoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini Pome-
raniæ, Caſſubiæ & Vandaliæ, Principem Rugiæ, Dn. Ingriæ & Wiſmariæ,
necnon Comitem Palatinum Rheni & Bavariæ Ducem; & Sereniſſimum
Principem ac Dn. Dn. FRIDERICUM WILHELMUM DEI gratia
Marchionem Brandenburgenſem. Sac. Reg. Imperii Archi- Camerarium &
& Principem Electorem, Magdeburgi, Pruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium,
Stetini Pomeraniæ, Caſſubiorum Vandalorumque, nec non in Sileſia Croſ-
næ & Carnoviæ Ducem, Burggravium Norimbergenſem, Principem Hal-
berſtadii & Mindæ, Comitem Marcæ & Ravensbergi, Dn. in Ravenſtein,
Pacta non modo Feudalia, quibus Regiomonti die Septimo Januarii, Styli
Veteris, hoc anno initis, Serenitas ſua Electoralis, pro ſe & ſuis Legitimis
Succeſſoribus promiſit, Se velle Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ
à Sacra Regia Majeſtate & Regno Sveciæ in feudum recognoſcere, ſed inſu-
per etiam certi cujuſdam fœderis Mariæburgi die decimo quinto Junii St.
Vet. hoc etiam anno concluſi, utrinque & à Regia, & Electorali parte, belli
paciſque actionibus, ſingularia & egregia admodum conſtantis & ſinceræ a-
micitiæ experimenta & documenta edita, & Sac. Reg Maj. Sveciæ, Serenitaſ-
que ſua Electoralis hoc tempore invicem conteſtatæ ſint, publicæ cumprimis
rei fore proficuum, atque propterea utrique nunc cordi, firmiterqne propo-
ſitum eſſe, ut eadem mutua amicitia, indiſſolubili fœdere devincta, in Sac.
Regiæ Majeſtatis, & Serenitatis ſuæ Electoralis heredes & Succeſſores pro-
pagetur & perpetuetur; Simul verò Serenitas ſua Electoralis propoſuerit, &
à Sac. Reg. Maj. peculiariter contenderit, ut ſupradicta pacta feudalia, die
VII. Januarii Regiomonti concluſa, amplius nullam vim & vigorem habeant,
ſed penitus aboleantur, ipſi Ducatus Boruſſiæ & Principatus Warmiæ non
ſint feudum Sac. Reg. Maj. & Ejus Succeſſorum Regum & Regni Sveciæ; In

locum tamen ſæpe nominatorum pactorum feudalium, mutuum, arctiſſimum perpetuumque fœdus utrinque ineatur: Et Sac. R. M. conſideratis diligenter non modo propinqui ſibi ſanguine & fœderati, optimeque de ſe, & communi cauſſa meriti Principis intentione, & publico bono deditis conſiliis actionibus bellicis & Civilibus, ſed etiam utilitatibus & emolumentis, quæ & præſenti rei communis ſtatui firmando, & poſteritati rectè conſulenda, inde emergere poterunt, ſi ſcil. Serenitas ſua Electoralis ob ſupradicta omnia, Princeps Summus & Suverenus, quoad Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ ſit, & arctiſſimo propterea fœdere cum ſua Regia Maj. & Ejuſdem Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ jungatur, animo ideò promtiſſimo expreſſura ſpeciale quoddam amicitiæ teſtimonium, quo Serenitatem ſuam Electoralem Ejuſque inclytam ſtirpem complectitur, & ſibi eam magis magiſque devincire nunc cupit, in abolitionem ſæpe dictorum pactorum feudalium, & ſurrogationem arctiſſimi & perpetui fœderis condeſcendit, inque eum finem utrinque poſtea eo uſque colliſmatum fuit, dum nuperrimis diebus perficiendæ hujus rei cauſſa, S. R. M. Nos plenipotentia debita & ſufficientibus mandatis inſtructos, me videlicet Regiæ ſuæ Maj. ſupremum Cabicularium & cohortium Prætoriarũ Colonellum CHRISTOPHORUM CAROLUM SCHLIPPENBACH, Comitem in Schefuede, Liberum Baronem in Linſala, Dominum in Salingen, & me Regiæ ſuæ Majeſtatis Conſiliarium Aulicum & Præſidem Ducatuum Bremenſis & Verdenſis MATTHIAM BIÖRENKLAU, Hereditarium in Elmenhoff, Wanneſtadt & Tislinge; ut & me Regiæ ſuæ Maj. Conſiliarium, & ad Aulam Serenitatis ſuæ Electoralis Reſidentem BARTHOLOMÆUM WOLFSBERG, Hereditarium in Engenääs. Serenitas verò ſua Electoralis Nos quoque debita plenipotentia & ſufficientibus Mandatis inſtructos, me videlicet Serenitatis ſuæ Electoralis Conſiliarium Status intimum, & negotiorum Feudalium Directorem, nec non Sereniſſimæ Electrices ſupremum Aulæ Præfectum & Capitaneum in Oranienburg OTTONEM L. B. de Schwerin, Dominum in Landsberg, Oldewigshagen, nec non Electoratus Brandenburgenſis hereditarium Camerarium, ut & me FRIDERICUM de JENA, Serenitatis ſuæ Electoralis Conſiliarium ſtatus intimum, invicèm congredi, & ſupradictum negotium inter Nos ventilare, tractare, & demum concludere juſſerint. Nos deinde vigore ſupradictorum Procuratoriorum & & acceptorum Mandatorum, habitis ultro citroque conferentiis, in ſequentes utrinque conditiones, mutuo & unanimi conſenſu ivimus.

I.

Quemadmodum itaque vigore Pactorum Regiomontanorum die 7. Januarii ſt. vet. hujus anni initorum, Ducatus Boruſſiæ & Principatus Warmiæ dicto die in perpetuum à Regno Poloniæ ſeparabatur, ita hoc ipſo, & virtu-



& virtute horum Pactorum in æternum quoque ſeparatus ſit & maneat, adeo, ut neque Serenitas ſua Electoralis, neque ipſius Succeſſores, Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ alla ratione Regno Poloniæ, aut ejuſdem Vaſallagio & dependentiæ impoſterum obſtingere, ſed potius omnibus viribus reniti debeant, ne unquam ad eandem vel ſimilem Conjunctionem cum Polonia, vel quocunque alio Regno aut Republica reducantur & veniant.

II.

Quem in finem Sac. Reg M. Sveciæ pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Regibus & Regno Sveciæ; nunc & in perpetuum pacta feudalia, quæ inter S. R. M. & Regnum Sveciæ ab una; & Serenitatem ſuam Electoralem ab altera parte Regiomonti die 7. Januarii hujus 1656. Anni, erecta fuerant, & in quibus præter alia Serenitas ſua Electoralis quoque promiſerat, ſe velle prædictum Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ à Sac. R. M. Ejuſque Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ in feudum recognoſcere, cum omnibus aliis Regiomonti die 7. Januarii præterea initis Conventionibus, & ſubſecuta declaratione Mariæburgenſi die XV. Junii ſt v. hujus anni, hoc ipſo cum omnibus & ſingulis ſuis verbis, Clauſulis & Articulis inibi comprehenſis, irrita & nulla pronunciat, omnemque ipſis vim, vigorem & effectum, hoc ipſo & virtute hujus pacti penitus & in æternum detrahit, ipſaque dictorum pactorum Originalium, cum retradi non potuerint, hoc ipſo pro retraditis, utrinque ſciſcis, & in cineres redactis habentur, atque in æternum habebuntur, adeo ut pacta hæc abolita, contra Serenitatem ſuam Electoralem & Ejus ex legitimo matrimonio deſcendentes Succeſſores maſculos in poſterum nulla penitus ratione allegari, vel Sac. Reg Maj. Ejuſque Succeſſores Reges Regnumque Sveciæ, illis uti poſſint vel debeant.

III.

Quod DEUS itaque Ter. Opt. Max felix fauſtumque eſſe jubeat, ab hac die & in perpetuum Sereniſſimus Princeps ac Dn. Dn. FRIDERICUS WILHELMUS DEI gratia Marchio (totus titulus) & Ejuſdem ex legitimo matrimonio deſcendentes Succeſſores Maſculi, omnes & ſinguli, continuata ſerie, ratione Ducatus Boruſſiæ & Principatus Warmiæ, ſint & maneant Principes Summi, abſoluti & Suverenii, iiſque juribus, quibus, Principes Summi & independenti poteſtate pollentes gaudent, vel merito gaudere debent, poſthac gaudeant, utantur & fruantur.

IV.

Quemadmodum verò Sac. Reg. Maj. & ejus Succeſſores Reges & Regnum Sveciæ nullo unquam tempore, quamdiu Serenitas ſua Electoralis, Ejuſque ex Legitimo Matrimonio deſcendentes maſculi ſuperſunt,

 Jus

Jus aliquod ſub quocunq; prætextu vel ſpecie in Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ, vel partem aliquam eorum prætendere, vel Duces & Principes in aliquo ſummæ & abſolutæ poteſtatis exercitio turbare, vel etiam ad inſtantiam, ſivè Statuum ſivè ſubditorum, ſivè aliorum quorumcunque ſe immiſcere, vel alio modo, ſivè directè ſivè indirectè, ſivè per ſe, ſivè per alios, ſivè apertè, ſivè clam, inquieta poſſeſſione & Dominio ſummæ Poteſtatis & Suverenitatis inquietare debent; Ita ſerenitas ſua Electoralis, & Ejuſdem Succeſſores legitimi, in nullam Regalis Boruſſiæ partem jus ullum, vel ullam prætenſionem ſibi vindicabunt, nihilque unquam in præjudicium reſervati pro S. R. M. & Regno Sveciæ juris ſucceſſionis in ſupradictum Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ in caſum deficientis lineæ Serenitatis ſuæ Electoralis deſcendentis lineæ, ſivè per ſe, ſivè per alios, clam vel palam agent.

V.

Et quemadmodum ſedes Capituli Canonicalis Frauenburgum, una cum adjacente ſuo territorio, quod vulgari lingua appellatur daß Frauenburgiſche Ampt / vigore ſupradictorum Pactorum feudalium jam abolitorum à Warmiæ Principatu ſegregabatur, & S. R. Maj. atque Regno Sveciæ reſervabatur, ideo etiam dicti Capituli Canonicalis ſedes, Oppidum ſcilicet Frauenburgum, cum integra Præfectura, vulgo daß Frauenburgiſche Ampt/poſthac penitus à Principatu Warmienſi ſeparabitur, & Sac. Reg. Maj. Ejuſque ſucceſſoribus Regibus & Regno Sveciæ competet, idque limitibus iiſdem, quibus tempore erectorum Pactorum Feudalium jam abolitorum, peculiariter & ſpeciatim pro talibus habiti ſunt, & quibus à cœteris territoriis Epiſcopalibus vel Capitularibus & Warmia tunc diſtincti fuerint. Atque ideo S. R. M. & Ejus Succeſſores Reges & Regnum Sveciæ jus nullum in fundos, pagos & jura, quæ ante tempus erectorum nunc abolitorum Pactorum Feudalium, Capitulo Frauenburgenſi, Ejuſdem Canonicis, & quibuſcunque aliis in territorio Frauenburgenſi exiſtentibus Eccleſiaſticis, extra dictum ſpeciale territoriũ Frauenburgenſe in Serenitatis ſuæ Electoralis provinciis competierunt, poſthac unquam prætendent. Viciſſim Serenitas ſua Electoralis & Ejus ex legitimo Matrimonio deſcendentes, Succeſſores Maſculi nihil quicquam ex fundis, pagis, Juriſdictionibus, Juribus & reditibus, item Jurium & redituum Communionibus, quæ extra Principatum Warmiæ, ſivè in territorio Frauenburgenſi, ſivè in aliis Sec. Reg. Maj. Sveciæ territoriis antehac ad Epiſcopatum, Capitula, & aliot quoſcunque Eccleſiaſticos in Warmia ſpectarunt, ſibi vendicabunt.

VI.

Adhæc, ut de ſtabili & ſincera amicitia plane nullum ſuper ſit dubium, non modo Conjunctio iſta armorum, quæ die XV. Junii anni jam currentis





Mariæburgi eſt inita, (quatenus hiſce & nunc confectis Secretis Pactis, ipſique adeò Suverenitati ſeu ſummæ poteſtati, non eſt contraria) virtute hujus Articuli repetita ſit, & priorem ſuum vigorem obtineat, ſed inſuper etiam loco abrogatæ feudalis illius obligationis, quæ antehac inter S. R. M. & Ser. ſuam Electoralem interceſſit, ſerenitas ſua Electoralis & Ejuſdem ex linea Serenitatis ſuæ Electoralis deſcendente maſcula Legitimi Succeſſores, ab hac die, quoad ſupradictum Ducatum Boruſſiæ & Principatum Warmiæ abſoluti, Suveronii, Independenteſque Principes, & arctiſſimo quodam fœdere, & ratione eventualis illius Succeſſionis, quæ infra Artic. XIII. comprehenditur, S. R. M. & Ejuſdem Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ, perpetuo & inviolabiliter conjuncti & invicem obligati maneant, adeo quidem ut inter Sacræ Reg. Maj. & Ejuſdem Succeſſores Reges & Regnum Sveciæ, & Serenitatem ſuam Electoralem, & Ejuſdem deſcendentes Legitimos Succeſſores, abſolutos & ſuverenios Duces Boruſſiæ & Principes Warmiæ fœdus & vera amicitia concluſa & ſtabilita.

VII.

Sit itaque ab hac die inter Sac. Reg. M. & Ejuſdem Succeſſores Reges & Regnum Sveciæ ab una; inter Serenitatem ſuam Electoralem & Ejus ex legitimo matrimonio deſcendentes Succeſſores maſculos ab altera parte firmum, indiſſolubile & perpetuum fœdus, mutua fides, ut & conſtans atque ſincera amicitia, eaque ſerio ſemper ſervetur, & inviolabiliter conſervetur, ita ut pars altera alterius & utriuſque terrarum, ditionum & ſubditorum tanquam propriorum, commoda, utilitatem, honorem & augmenta quærat & promoveat.

VIII.

Vigore ejuſmodi perpetui fœderis, nulla pacta aut fœdera, quæ hactenus utrinque cum aliis confecta fuerunt, vim ullam obtineant (quatenus huic fœderi & commodo ac bono utrorumque contrahentium adverſantur) neq; ulla poſthac pacta aut tractatus in præjudicium & detrimentum hujus pacti habeantur, aut concludantur. Atque ideo S. R. M. & Serenitas ſua Electoralis pro ſe & ſuis reſpectivè Succeſſoribus, Regnis, Provinciis & ditionibus, ad hoc ſe mutuo nunc obſtringunt, quod in futuro Tractatu cum Rege & Republica Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ, conjunctis conſiliis & viribus in id ſtudioſiſſime incumbere velint. Primùm ut Sac. Reg. Maj. Ejuſque Succeſſores Reges & Regnum Sveciæ eam à Rege & Republica Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ, adipiſcantur Satisfactionem, quæ Inſtrumenti ſecreti Articulo primo expreſſa eſt. Deinde ut ſerenitas ſua Electoralis & ejusdem ex linea ſerenitatis ſuæ Electoralis deſcendente maſcula legitimi Succeſſores, non modo Ducatum Boruſſiæ, ſed etiam Ptincipatum Warmiæ cum omnibus eorum pertinentiis & juribus, cumprimis verò abſoluta

poteſtate & ſuverenitate, tuto ac perpetuo habeant & poſſideant. *Si* itaque Deo ita dirigente motus & bellum præſens Polonicum componi & ſopiri debet, neutra pars ullum de pace facienda Tractatum, vel quodcunque cum hoſte pactum, nedum ipſam *P*acem cum eodem hoſte initura & concluſura eſt, niſi altera conſenſerit, & utrique parti ex præſcripto hujus articuli, ut & Articulorum primi & ſecundi in Inſtrumento ſecreto, ſatisfactum ſit, omneſque & ſingulæ *P*rovinciæ & jura, tam uni quàm alteri parti hoc bello, & per futurum cum Rege & Republica Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ, Tractatum, acquiſita & acquirenda communi pacis Inſtrumento debitè includantur, & imprimis ut *S*erenitas ſua Electoralis ſæpius dictam abſolutam poteſtatem & ſuverenitatem ſalvam & integram, abſque ullo damno, detrimento, vel incommodo retineat, & tum vigore etiam ejuſdem Inſtrumenti Rex & *R*eſpublica Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ, juri & prætenſioni quam tum in *P*rovincias Inſtrumenti ſecreti Articulo primo ſpecificatas, & Sac. *R*.g. Maj. Ejuſque ſucceſſoribus *R*egibus & *R*egno Sveciæ in ſatisfactionem dandas & tradendas, tum in *S*erenitatis ſuæ Electoralis *D*ucatum Boruſſiæ & *P*rincipatum Warmiæ hactenus habuere, firmiter & ſufficienter renuncient renunciatumque ſit.

IX.

Et quandoquidem *S*erenitas ſua Electoralia pro ſe & legitimis ſuis Succeſſoribus, Sac. *R*eg. Maj. Ejuſque *S*ucceſſores *R*eges & *R*egnum *S*veciæ de ſincera conſtantique hac amicitia & intemerata vicinitate ſecuros & certos reddi cupit; Ideo hoc ipſo promittit, ſe nec Commerciorum uſum, nec reliqua jura & Conſuetudines inter Regiam & Ducalem Boruſſiam, Legitime receptas, in ullo impedituram, aut illis quicquam detracturam; ſed ut hæc omnia recte procedant, & rite obſerventur, curaturam ita tamen, ut dum Serenitas ſua Electoralis ſupradicta omnia promovet & manutenet nihil propterea diminutum & detractum exiſtimetur ſive de ſumma ejuſdem & independente poteſtate ſive de perpetua ſeparatione Ducatus Boruſſiæ & Principatus Warmiæ, à Boruſſia *R*egia, Regno & *R*epublica Poloniæ.

X.

*S*i etiam neceſſitas poſtulet, ut vel Copias vel Exercitum per alterius fœderati, ditiones, Terras & Provincias duci oporteat, liber quidem utrique parti ſit tranſitus, commodiori tamen & breviori via per Commiſſarios deſignanda ducantur. Antequam etiam fines ingrediantur, ille qui Exercitui vel Copiis præeſt, ſi *R*egius fuerit, *S*erenitati ſuæ Electorali aut cui Serenitas ſua Electoralis partes ſuas concredidit; Quod ſi vero Electoralis, id ipſum prius S.R.M. aut ei, qui in iſtis provinciis locum ejus tenet, ſignificabit. Quemadmodum autem abſque ſumptu S. R. M & Serenitatis ſuæ Electoralis tranſeundum erit prædictis Copiis, & Exercitibus, ita Ductoribus impri-





mis incumbet, omni ſtudio curare, & præcavere, ut abſtineatur ab omni penitus damno & injuria, tũ ſubditorũ, Incolarũ, tũ terrarũ per quas tranſeunt. Quod ſi vero culpa Ducis factũ quid hiſce pactis contrariũ fuerit, in ipſũ animadvertetur, & circa damni dati æſtimationẽ & reſtitutionẽ ex bono & æquo, mediantibus ab utraque parte conſtitutis Commiſſariis agetur, & amice componetur.

XI.

Convenit quoquẽ hoc ipſo ut Sac. R. M. & Regni *S*veciæ ut & eorum ſubditorum naves mercatoriæ, libere *S*erenitatis ſuæ Electoralis portus maritimos ingredi, ibique locorum ad anchoras ſubſiſtere, & peractis rebus ſuis iterum enavigare poſſint, ſolutis ſemper vectigalibus, non tamen majoribus, quam quæ à Ser. ſuæ Electoralis ſubditis penduntur. Exemta verò penitus teloneorum ſolutioni maneant ea, quæ *R*egum *S*veciæ propria & ad bellicum apparatum confecta ſunt, peculiari eorundem uſui inſervientia, non vero ad mercatum aliquem deſtinata: Atque ideo quoties ejuſmodi *R*egum Sveciæ res propriæ mittentur, tum ad evitandas fraudes una cum dictis rebus deſignatio earum S. R. M. *S*veciæ propriis manu & ſigillo munita afferetur & teloneorũ Electoralium Præfecto exhibebitur. Valebit quoq; & ab Electoralium teloneorũ *P*ræfecto acceptabitur, rerũ Regum *S*veciæ propriarum, ſed uſui tantũ bellico adaptatarum deſignatio, ſive illa à Gubernatore alicujus Provinciæ ad Sveciam ſpectantis, ſive à Generali aliquo *S*vecico ſubſcripta & ſigillo ejuſdẽ roborata ſit. *P*ariter quoq; S.R.M pro ſe & *S*ucceſſoribus *R*egibus & Regno *S*veciæ promittit idem eundemq; modum obſervatum iri in portubus *R*egalis Boruſſiæ circa res *S*er. ſuæ Electoralis & Succeſſorum proprias. *P*ermiſſum quoq; ſit, naves ſuas ibidem reficere, atq; commeatum aliaq; neceſſaria juſto pretio comparare. Naves bellicas quod ſpectat, non prohibebuntur quidẽ & illæ ad portum accedere, tenebuntur tamen ſtrictè ſemper ſequentia obſervare, nimirum ut quàm primũ anchoras jecerint, indicent adventum ſuum Gubernatoribus portuum, fidemq; faciant per Ordinarias paſſe portuum literas, ſe *S*vecicas eſſe; tum, ut convenienti diſtantia, unde juſtum periculum portubus ac fortalitiis imminere nõ poſſit, extra globi tormentarii ictum, commodo tamen navibus ad evitandas tempeſtates loco, ſubſiſtant; Milites quoque vel Nautæ, tanto numero, unde aut periculum excitari poſſit prædictis portubus & fortalitiis, aut juſtæ ſuſpicioni cauſa præberi, non egrediantur: qui verò præter eos, qui ad emenda & comparanda neceſſaria ſufficiunt, egredi volunt, facient id cum conſenſu & ſcitu Gubernatoris Electoralis.

XII.

Quemadmodum verò prædicti *S*er. ſuæ Electoralis portus S.R.M. & Ejuſdẽ *S*ucceſſoribus *R*egibus & *R*egno *S*veciæ ad præſcriptũ modũ patebunt, ita viciſſim hoſtibus *R*egũ & *R*egni Sveciæ ubi per ſpecialẽ deſignationẽ tales eſſe denunciati fuerint, ſupra dicti portus omnino clauſi ſint, neq; tranſitus

unquam neque aditus ullus aut receptus vel per ditiones terreſtres vel portus maritimos quoad poterit id prohiberi concedatur, ſalvis tamen ubique navigatione, & Commerciorum uſu terra marique, cumprimis vero introitu, ſtatione & egreſſu mercatorum, navium & mercium non prohibitarum cujuſcunque Nationis. Cæterum ut merces uſui bellico adaptatæ vulgo **von** Cõtrebande nullo modo ſive terra ſive mari ex Serenitatis ſuæ Electoralis territorio in Boruſſia Ducali & Warmia ad Sac. Reg. M. hoſtes emitti debent ita cumprimis Serenitatis ſuæ Electoralis portus penitus Clauſi ſint navibus, quæ mercimoniis bellico uſui ſervientibus in Ducatu Borusſiæ vel Principatu Warmiæ fuerint oneratæ, quo minus ad hoſtes S. R. M. & Regni Sveciæ mittantur. Reciprocum etiam quoad res bellico uſui ſervientes obſervari debet à Sac. Reg. Maj & Ejus Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ in Boruſſia Regia, Pomerellia & eo ſpectante Caſſubiæ parte, ut etiam Samogithia, ne ſcilicet tales res inde vel terra vel mari, ad Serenitatis ſuæ Electoralis & Ejuſdem ex legitimo Matrimonio deſcendentium Succeſſorum maſculorum hoſtes emittantur. Pro mercibus verò bello accommodis haberi utrinque debent ſequentes: Gladii, enſes, acinaces, frameæ, cuſpides, Lanceæ, haſtæ, bipennes; arcus, tela, bombardæ cum ſuis igniariis & aliis ad eas pertinentibus, furcæ ſclopetarii, fomites aliãs **Lunten**; Tormenta cum ſuis pertinentibus; pulvis tormentarius, Salpetræ, tubi catapullarii vulgò Mortaria, indutiles Sclopi vulgò **Pedarten**/ Ignes miſſiles, glandes igniariæ miſſiles vulgò grenades, pilæ, globi majores & minores facti ad ejaculandum; Caſſides, galeæ, thoraces loricati varii generis, & cumprimis illi, qui vulgò curantur Curaſſes: Scuta & ſimilia armaturæ genera, ut & quæcunque alia Inſtrumenta bello tantum inſervientia.

XIII.

Præterea pro majori certitudine & ſecuritate Sac. R. M. & Regni Sveciæ promittit ſerenitatis ſuæ Electoralis pro ſe & ſuis Succeſſoribus, quod ſi (quod DEUS avertat) linea ſerenitatis ſuæ Electoralis deſcendens maſcula defecerit, tum Ducatus Boruſſiæ & principatus Warmiæ cum omnibus juribus & abſoluta ſumaque poteſtate ad Reges Regnũque Sveciæ abſque mora & contradictione devolvantur iiſque plenariè acquirantur. Quamprimum itaque extincta fuerit ſerenitatis ſuæ Electoralis linea deſcendens maſcula, illicò S.R.M.& Ejuſdem Succeſſores Reges & Regnũ Sveciæ, Jus & poteſtatẽ habebunt occupandi poſſeſſionem Ducatus Boruſſiæ & Principatus Warmiæ, atque ut major conſtet Sacræ Regiæ Majeſtati Regnoque Sveciæ ſupradicti Juris ſuccedendi certitudo & ſecuritas, ſerenitas ſua Electoralis cura-





bit, ut ordines Ducalis Boruſſiæ & principatus Warmiæ ſalva & illæſa Serenitatis ſuæ Electoralis & ejus ex legitimo Matrimonio deſcendentium ſucceſſorum maſculorum ſuverenitate, juramento ſe obſtringat, quod in caſum deficientis lineæ ſuæ Serenitatis Electoralis deſcendentis maſculæ nullum alium legitimum heredem ac Dominum, quam Sacram Regiam Majeſtatem ejuſque heredes & ſucceſſores Reges & Regnum Sueciæ, agnoſcent & recipient, quodque eidem Sacræ Regiæ Majeſtati ejuſque heredibus & ſucceſſoribus regibus & regno Sueciæ exiſtente caſu deficientis lineæ Serenitatis ſuæ Electoralis deſcendentis maſculæ, fide, devotione & obſequio promptè ſe ſubmittere velint ac debeant; quam quoque ſponſionem, quoties caſu evenienti homagium ſunt renovaturi eodem modo repetent. Similiter tum Sacræ Regiæ Majeſtas & ejuſdem ſucceſſores reges Sueciæ, quoties gubernacula ſui regni, tum Serenitas Sacra Electoralis & ejuſdem legitimi ſucceſſores quoties gubernacula Ducatus Boruſſiæ & Principatus Warmiæ ſuscipient, aſſecuratoriis invicem literis profitebuntur & promittent, ſe velle hæc pacta arctiſſimi fœderis & ſupra dictæ eventualis ſucceſſionis illibata ſervare, & in perpetuum eorum vigorem ad poſteros propagare. Prætenſio Dominorum Marchionum Brandeburgenſium in ducatum Boruſſiæ eo in ſtatu & conditione maneat & relinquatur, in quo fuit tempore poſtremæ à Regibus Poloniæ datæ in ducatum Boruſſiæ inveſtituræ. Dicta verò prætenſio neutiquam extendatur ad Principatũm Warmienſem multò minus ad utriuſque tam Ducatus Boruſſiæ, quam Principatus Warmienſis ſuverenitatem, ut pote quæ jura Serenitas ſua Electoralis ſibi & ſuis ſolum deſcendentibus maſculis nuper admodum acquiſiverat. Circa hunc Articulum ſpecialiter promittit S. Reg. Majeſtas pro ſe & ſucceſſoribus ſuis regibus & Regno Sueciæ, quod eveniente caſu extinctæ lineæ Serenitatis ſuæ Electoralis deſcendentis maſculæ ſuperſtitibus ex eadem Serenitatis ſuæ Electoralis deſcendente linea Marchioniſſis proximioribus ſolventur trecenta Imperialium millia, quibus hoc ipſo per mutuam conventionem uſque dum ſummam iſtam 300. Imperialium acceperint, cum omni jure occupanda præfectura Jnſterburgenſis cum omnibus ad eam ſpectantibus præfecturis Cameræ, vulgo Cammer Ambteren conceditur, adeo, ut à nullo occupatio iſta impediri, ſed à S. Reg. Majeſtate & ejus ſucceſſoribus regibus & Regno Sacræ conſervari & in poſſeſſione manuteneri debeant.

X I V.

Ad obtinendum autem propoſitum utrinque ſcopum, & eorum omnium & ſingulorum, quæ his pactis continentur, & utrique parti acquiſita ſunt, firmitudinem, mutuum non modo conſilium, ſed auxilium, etiam omnino eſt neceſſarium, idque durante hoc bello Polonico præſtari utrinque debet ex præſcripto pactorum Mariæ-burgenſium, ut pote quæ vigorem ad-

huc obtinebunt, quatenus hiſce pactis & ſuverenitati non ſunt contraria. Quod ſi vero poſt præſentis belli Polonici compoſitionem, fœderatorum alteri hoſtilitas aliqua in provinciis hoc bello acquiſitis, & ad quarum defenſionem Fœderati ſibi invicem auxilium ferre tenentur, vel immineat vel incumbat etiam, tum de mutuo auxilio præſtando ita utrinque convenit, ut ſi Sac. Regia Majeſtas ejus ſucceſſores Reges & regnum Sueciæ Serenitatem ſuam Electoralem & ejus ſucceſſores Duces Boruſſiæ & Principes Warmiæ certiores reddiderint de tali hoſtili impetu, in eas provincias, quarum cauſa proprietas S. El. & ejus ex legitimo matrimonio deſcendentes ſucceſſores maſculi vigore inſtrumenti ſecreti Articulo ultimo tenentur ſuis auxiliaribus copijs S. R. Majeſtati & ejus ſucceſſoribus Regibus & Regno Sueciæ aſſiſtere, idque quod dictus hoſtilis impetus vel jam præſens ſit, vel quod certo metuatur, tum ſubditas S. Elis & ejus ſucceſſores tenehuntur, intra ſpatium duorum vel trium menſium à die factæ notitiæ computandorum, exercitum duobus millibus & quingentis peditibus & mille quingentis equitibus conſtantem proprijs ſumptibus conſcriptum, cum omni apparatu & perito belli Duce S. R. Majeſtati & ejuſdem ſucceſſoribus Regibus & Regno Sueciæ, auxilio mittere. Et quando dictus exercitus finibus Ser. S. El. exceſſerit ratione ſupremæ directionis, juriſdictionis, ſuſtentationis & avocationis, ita quoad omnia habeatur & obſervetur quemadmodum in ſupra dictis pactis Marieburgenſibus jam alias in ſimili convenerat. Viciſſim S. R. Majeſtas pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Regibus & Regno Sueciæ promittit, ac tenebuntur, ſi Ser. ſuæ El. & ejus ex legitimo matrimonio deſcendentibus ſucceſſoribus maſculis, in Boruſſia Ducali & principatu Warmiæ, vel præſens jam ſit hoſtilitas, vel immineat & metuatur, & id ipſum S. R. Majeſtati & ſucceſſoribus eius Regibus & Regno Sueciæ à Ser. S. Electorali & ſucceſſoribus ejus legitimis notum factum fuerit, tum S. R. Majeſtas cum exercitu duobus millibus & quingentis peditibus & mille quingentis equitibus conſtante, proprijs impenſis conſcripto, intra ſpatium duorum aut ttium menſium, à die factæ notificationis numerandorum, auxilio futuros, cumque eo exercitu, circa omnia Serenitas ſua Electoralis & ejus Serenitatis ſucceſſores ita agent, quemadmodum hoc ipſo Articulo convenit, ut S. R. Majeſtas ejus ſucceſſores & Regnum Sueciæ, cum exercitu in ſubſidium à Serenitate ſua Electorali & ejus ſucceſſoribus miſſo, agere debeant confecta verò horum Pactorum bina ejuſdem tenoris exemplaria, hac ipſa die inter nos utrinque conſtitutos, & ſupra nominatos plenipotentiarios Commiſſarios ſunt extradita, à Sac. R. Majeſtate Sueciæ & Ser. S. Electorali Brandeburgica intra quatuordecim dies à dato clauſulæ & ſubſcriptæ hujus tranſactionis ratificanda, ſi hinc inde quoque permutanda. In ſupra ſcriptorum omnium & ſingulorum certam & indubiam fidem, majuſque ro-





bur hoc ipſum inſtrumentum manuũ noſtrarum appoſitione roboravimus. Actum in Arce Labiavienſi, die 10. Novembris St. vet. ANNO 1656.

Chriſtophorus Carolus Schlippenbach. [L.S.]
Matthias Biorenklou. [L.S.]
Bartholomæus Wolffberg. [L.S.]
Otto L. B. à Schwerin. [L.S.]
Fridericus de Jena. [L.S.]

NOs itaque FRIDERICUS WILHELMUS. totus titulus ſpondemus atque promittimus tam Noſtro quam Succeſſorum & Deſcendentium Noſtrorum nomine, univerſa & ſingula capita, pactis ſupra ſcriptis comprehenſa, bona fide nos approbare, confirmare & ratihabere, prout etiam eadem præſentibus nunc approbamus, confirmamus & ratihabemus, promittentes verbo Electorali, nos non modo dictis pactis poſthac conſtanter inhæſuros, curaturoſque ut omnia & ſingula pactorum capita, quæ à noſtra parte promiſſa ſunt, ritè & religioſè obſerventur, ſed etiam impedituros, ne à quoquam violentur. In quorum fidem & majus robur hoc inſtrumentum manu noſtra ſubſcriptum, Sigillo inſuper noſtro Electorali muniri juſſimus. Dabatur in Arce Labiavienſi die 23. Novembris Stylo veteri, ANNO 1656.

## *FRIDERICVS WILHELMVS*
## *Elector.*

NOs FRIDERICUS WILHELMUS DEI gratia Marchio Brandenburgenſis, S. Rom. Imperij Archi-Camerarius & Princeps Elector, Magdeburgi, Pruſſiæ, Iuliæ, Cliviæ, Montium, Stetini Pomeranæ, Caſſubiorum Vandalorumque, nec non in Sileſia Croſnæ & Carnoviæ Dux, Burggravius Norimbergenſis, Princeps Halberſtadij & Mindæ, Comes Marcæ & Ravenſbergi, Dominus in Ravenſtein, ſignificamus omnibus & ſingulis, quorum ſcire hoc intereſt, quod cum ad tractatum cum Sereniſſimo & Potentiſſimo Principe Domino CAROLO GUSTAUO Suecorum Gothorum Vandalorumque Rege, Magno Principe Finlandiæ, Duce Eſthoniæ, Careliæ, Bremæ Verdæ, Stetini Pomeranæ, Caſſubiæ & Vandaliæ, Principe Rugiæ, Domino Ingriæ & Wiſmariæ, nec non Comite Palatino Rheni, & Bavariæ Duce, Domino, Cognato, Fratre & Fœderato Noſtro Colendiſſimo, Plenipotentiarios Commiſſarios conſtituerimus, eoſque ſufficientibus mandatis inſtruxerimus; Illi cum ſuæ Regiæ Majeſtatis Pleni-

potentiariis Commiſſarijs congreſſi, non modo inſtrumentum *Principale* erexerint, ſed etiam in ſequentia ſecreti inſtrumenti pacta quorum capita omnia & ſingula hic inſerta ſunt, atque hic ſequuntur conſenſerint.

Notum ſit univerſis & ſingulis quorum inter eſt, aut quomodo libet intereſſe poteſt, quod cum peculiaribus ijſque gravibus de cauſſis, ea pacta, quæ inter S. R. Majeſtatem, *Reges Regnumque Sueciæ* ab una; *Serenitatem* ſuam Electoralem ejuſque ſucceſſores ab altera parte, die ſeptimo Ianvarij *St.* Vet. currentis adhuc anni, *Regiomonti* inita ſunt, cum omnibus alijs quæ ab ijs dependent vel dependere poſſunt ſolenni inſtrumento die 10. Novembris *St.* V. anni præſentis, iterum ſublata, annullata, ijſque penitus omnis vigor & effectus, in æternum detractus ſit, utrique verò parti commodum viſum non fuerit, capita quædam prædicto inſtrumento inſerere, ſed potius ea peculiariter atq; ſecrete huic inſinuare, ideo de ijs omnibus in hoc præſenti *Receſſu* inter utriuſque partis *Plenipotentiarios* Commiſſarios conventum & approbatum eſt.

I.

Quandoquidem S. *R.* Majeſtas & ejus Succeſſores Reges & *Regnum* Sueciæ atque Serenitas ſua Electoralis ejuſque legitimi Succeſſores, ex præſcripto articuli ſeptimi in principali inſtrumento, honeſtæ & tutæ paci cum Polonia obtinendæ, mutuo & decenter incumbent, & *S.* R. Majeſtas nihil quo ejuſmodi pax haberi poſſit in ſe deſideratum iri cupit, ideò altiſſimè memorata *S. R.* Majeſtas contenta eſt, ut, ſi poſt utriuſque fœderati diligentem cooperationem in Tractatu plures provinciæ è *Poloniæ* & Lithvaniæ corpore in ſatisfactionem pro S. R. Majeſtate & Regno Sueciæ retineri & haberi non poſſint, quam illæ, quæ hic inferius ſpecificatæ ſunt, & pax videbitur impediri, niſi S. R. Majeſtas & *Regnum* Sueciæ tali prætenſione in plures *Provincias*, quam quæ infra in hoc Articulo ſpecificantur, deſiſtant, tum demum ſicuti S. *R.* Majeſtas & ejus ſucceſſores *Reges* & *Regnum* Sueciæ vigore ſupradicti Articuli ſeptimi obſtricti ſunt, una cum Serenitate ſua Electorali agere pro ſuæ *Serenitatis* Electoralis terris, juribus & acquiſita ſuverenitate; ita quoque *Serenitas* ſua Electoralis, ejuſque ſucceſſores legitimi, viciſſim virtute ſæpius dicti Articuli ſeptimi tenebuntur una cum *Sacra* Regia Majeſtate & ejus ſucceſſoribus *Regibus* & *Regno Sueciæ*, agere & cooperari, ut Boruſſia *Regia Pomerellia*, & eò ſpectans Caſſubiæ pars, item Samogithia, Semigallia, Curlandia & Livonia, cum ſuis pertinentijs & juribus S. R. Majeſtati & ejus Succeſſoribus *Regibus* & *Regno* Sueciæ in ſatisfactionem à *Rege* & *Republica* Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ in perpetuum cedantur. Et quidem quod attinet Livoniam, quandoquidem *S. R.* Majeſtas & *Regnum* Sueciæ, jamdiu ejuſdem provinciæ maxima parte potiuntur, utrinque à fœderatis in Tractatu laborandum erit, ut

*Rex*



Rex & Reſpubl. Poloniæ, Magnique Ducatus Lithuaniæ, totam Livoniam, cum omnibus ſuis pertinentiis & juribus S. Reg. M. Ejus Succeſſoribus Regibus & Regno *Sveciæ* perpetuo jure habendam & poſſidendam cedant. De Curlandia quoque ita ſpecialiter conventum eſt, ut idem Jus, quod Regibus & Reipublicæ Poloniæ Magnique Ducatus Lithuaniæ in Curlandiam hactenus competierat, per Tractatum cum Polonia procuretur & acquiratur S. Reg. Maj. & Ejus Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ, ſalvis tamen & illæſis per omnia juribus & *Statu* Ducis Curlandiæ. Atque ut S. R. M. & Ejus *Succeſſores* Reges & Regnum Sveciæ dictam Curlandiam ſupradicta ratione per Tractatum cum Polonia conſequantur, *Serenitaris* ſua Electoralis & Ejuſdem ex Legitimo matrimonio deſcendentes Succeſſores maſculi non modo non impedient, ſed inſuper etiam pro poſſe ſuo cooperabuntur.

II.

Præterea quemadmodnm in Pactis Mariæburgenſibus, ut & in peculiari inſuper ibidem confecto Inſtrumento à S. R. M. Succeſſoribus Legitimis utriuſque ſexus, in ſublevationem ſumtuum & ſatisfactionem, traditi & ceſſi ſunt integri Palatinatus *Poſnanienſis* & Caliſienſis, exceptis locis nonnullis, item totus Palatinatus Lancicienſis & *Siradienſis*, una cum adjacente Terra Vielunenſi; ita hæc traditio & ceſſio, cum omnibus ſuis clauſulis & articulis ſalva & integra maneat. Cum verò à *Sac. Reg.* Maj. *Serenitati* ſuæ Electorali expoſitum pluribus ſit, fieri aliquando poſſe, ut ſi ad Pacis Tractatus perveniretur, pax ipſa haſce ob terras & *Palatinatus*, ſi Poloniæ non reſtituerentur, impediretur, atque *Serenitas* ſua Electoralis nullo magis, quam quietis & pacis ſtudio & deſiderio flagret; nihilque intermittere velit, quo reduci iterum ſincera fidaque pax poſſit, ideo hoc ipſo ſpondet atque promittit ut ſi habito pacis tractatu Sereniſſimus *Rex* & *Reſpublica* Poloniæ nulla penitus alia ratione cum S. R. M. *Succeſſoribus* Regibus & *Regno Sveciæ*, & *Serenitati* ſuæ Electorali Ejuſque *Succeſſoribus*, pacem inire velit, quã reſtitutis jam dictis Palatinatibus & terris, ſe de jure ſuo quæſito diſceſſuram, & dictos Palatinatus & terras in manus Polonorum reſignaturam, abſque ulla tamen rationum redditione, vel reſtitutione fructuum perceptorum & percipiendornm, vel quarumcunque aliarum obventionem, aut damni quovis modo dati: atque hoc caſu donationes vel oppignorationes omnes & ſingulæ à *Sac.* R. M. ſuis Generalibus & aliis quibuſcunque miniſtris in dictis majoris Poloniæ Palatinatibus & terris factæ ceſſabunt, nec *Serenitas* ſua Electoralis vel ejus ſucceſſores tenebuntur hac in parte ſtare promiſſione Pactis Mariæburgi d. 15. Junii hujus anni initis inſertæ. Obſtricta tamen ſit & teneatur *Sac.* R. M. Succeſſores *Reges* & Regnum *Sveciæ* durantibus pacis tractatibus, & ſemper, omnibus viribus eò laborare, ut ſi non toti & integri iſti Palatinatus & terræ, pars tamen eorum apud *Serenitatem* ſuam Ele-



ctora-

ctoralem & ejus Succeſſores remaneat, quo caſu Serenitas ſua Electoralis
pro parte & proportionabiliter in parte retenta conſtitutas donationes vel
oppignorationes ſervabit. Quod ſi vero non obſtante omni adhibita dili-
gentia, induſtria & viribus, ne pars quidem obtineri poſſit, cedant integri
Regi & Regno Poloniæ prout ſuperius jam dictum & promiſſum eſt. Nihil
vero Serenitas ſua Electoralis & ejus ſucceſſores, propter hanc pacis cauſſa
Regi & Regno factam ceſſionem & reſtitutionem dictorum Palatinatuum &
terrarum, contra S.R. M. Reges Regnumque Sveciæ unquam prætendant,
ſed eos ab hac in pactis Mariæburgenſibus, & peculiari ibidem facto inſtru-
mento promiſſa ſatisfactione eum in caſum perpetuo liberatos & ſolutos
pronunciant.

III.

Participationem toloneorum vulgo Licenten, in portubus maritimis
Ducalis Boruſſiæ, de qua aliquid in pactis Regiomonti initis, & nunc peni-
tus peculiari inſtrumento die X. Novembris erecto, ſublatis & annulatis Ar-
ticulo XII. actum fuerat, quod ſpectat, ea hiſce præſentibus mortificatur, &
aboletur, Sacraque Regia Majeſtas Reges Regnumque Sveciæ, ab ea & o-
mni prætenſione penitus nunc & impoſterum decedunt & deſiſtunt. Vt ve-
ro S. R.M. Reges Regnumque Sveciæ, pro eo quod huic juri renunciaverint,
viciſſim aliquam gratitudinis teſſeram à Serenitate ſuæ Electorali conſe-
quantur; promittit Ser. ſua Electoralis ſe Sac. R. Maj. à tempore ſubſcripti
hujus inſtrumenti intra ſpacium XIV. dierum XX. mille imperialiũ intra ſpa-
tiũ vero VI. Septimanarum, à die Ratificationis exhibendæ præfinita centum-
mille imperialium ſoluturam eſſe. Præterea Telonei quod ad urbem Elbin-
genſem vel inde navigantes hactenus ſub quocunque nomine & Titulo, Se-
renitati ſuæ Electorali ex navibus & mercibus advectis ſolverunt, ſequens
haberi debet ratio, ut quidem eodem modo poſt hac continuetur, ita tamen
ut dicti telonei illius ſeu pecuniæ pro navibus & mercibus ſolvendæ, dimi-
dium S.S. Electorali & ejus ex legitimo matrimonio deſcendentibus Succeſ-
ſoribus maſculis, ſecundum taxam huc uſque uſitatam, nunc verò ab Electo-
ralibus Plenipotentiariis ſubſcriptam, & Regiis extraditam, impoſterum &
perpetuò ſine ulla dictæ taxæ variatione in Pillau pendi debeat. Reliquum &
quod ultra ex dictis mercibus ſolvendum eſt S. R. M. Ejuſdem Succeſſorum
Regum & Regni Sveciæ liberæ diſpoſitioni perpetuo ſuberit pendendum vel
Elbingæ, vel alibi in Boruſſiæ Regalis territorio.

IV.

Licet Articulo XIII. §. Itaque ut Major Conſtit. &c. nullum tempus
præfinitum ſit, quando ordines ducalis Boruſſiæ & Principatus Warmiæ Sac.
R. M. ejus Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ ſe juramento, in caſum
deficientis lineæ S. S. Electoralis deſcendentis maſculæ, obſtringent, viſum
tamen



tamen eſt expedire utrique Contrahentium, tum Sac. R. M. & ejus Succeſſo-
ribus Regibus & Regno Sveciæ tum Serenitati ſua Electorali, & ejus ex legi-
timo matrimonio deſcendentibus Succeſſoribus maſculis, ut dicti ordines an-
te bellum hoc Compoſitum, ad præſtandum tale juramentum permoveantur.
Quandocunque ergo Sac. R. M. & Serenitati Electorali eorumque Succeſſo-
ribus, ante bellum hoc ſopitum, viſum fuerit oportunum exigere ab ordini-
bus Ducatus Boruſſiæ & Principatus Wormiæ dicti juramenti præſtatio-
nem tunc Serenitas ſua Electoralis non modo non impediet ſæpè dicti jura-
menti præſtationem ſed potius eam omni poſſibili modo promotam cura-
bit.

V.

Quandoquidem vero in Inſtrumenti Pacis Articulo XIV. conventum
eſt, ut ſi poſt præſentis belli Polonici compoſitionem hoſtilitas aliqua fæde-
ratorum alter, alter utri in provinciis hoc bello acquiſitis, vel immineat, vel in
cumbat, tum fæderatotum alter tenebitur ferre & præſtare fæderato, cui arma
aliorum vel imminent vel incumbunt, certum & determinatum auxilium;
& provinciæ quorum Cauſſa S. R M. & Regnum Sveciæ, S. S. Electorali &
ejus Succeſſoribus auxiliari debent, ibidem nominatæ ſunt, nulla vero ſpecia-
lis mentio facta eſt provinciarum earum, quarum cauſſa Serenitas ſua Electo-
ralis & ejuſdem ex legitimo matrimonio deſcendentes Succeſſores maſculi S,
R M. & Regno Sveciæ ſuppetias tales ferre debent; ideo utrinque placuit, ut
reciprocum auxilium, quod S. S. Electoralis & ejuſdem ex legitimo Matri-
monio deſcendentes Maſculi obligati ſunt præſtare S.R.M. & Ejuſdem Suc-
ceſſoribus Regibus & Regno Sveciæ, evenienti tali hoſtilitatis caſu non de-
beat extendi ad Livoniam, Curlandiam & Semigalliam, ſed tantùm de Bo-
ruſſia Regia, Pomerellia, & eò ſpectante Caſſubiæ parte ut & Samogithia in-
telligi; ita ut quandocunque S. R. M & Ejus Succeſſoribus Regibus & Re-
gno Sveciæ hoſtilitas aliqua in modo nominatis Boruſſia Regia, Pomerellia,
& eò ſpectante Caſſubiæ parte, ut & Samogithia vel præſens ſit, vel certo me-
tuantur, tum Serenitas ſua Electoralis & Ejus Succeſſores tenebuntur auxi-
lium ferre S.R.M. & Ejus Succeſſoribus Regibus & Regno Sveciæ, eo nu-
mero militum eoque modo, prout in ſupradicti Inſtrumenti Articulo XIV.
eſt determinatum.

Confecta verò horum Pactorum bina ejuſdem tenoris Exemplaria, hac
ipſa die inter Nos utrinque conſtitutos & ſupra nominatos Plenipotentiari-
os Commiſſarios ſunt extradita, à S.R M. Sveciæ, & Serenitate ſua Electo-
rali Brandeburgica, intra XIV. dies à dato concluſæ & ſubſcriptæ hujus
tranſactionis ratificanda, & hinc inde quoq; permutanda. In ſupra ſcripto-
rum omnium & ſingulorum certam & indubiam fidem, majuſque robur, hoc
ipſum Inſtrumentum manuum noſtrarum ſubſcriptione Sigillorumque no-
ſtrorum

ſtrorum appoſitione roboravimus, Actum in Arce Labiavienſi die X. Novembris St. Vet. Anno 1656.

| | |
|---|---|
| Chriſtophorus Carolus Schlippenbach. (L.S.) | Otto L.B. à Schwerin. (L.S.) |
| Matthias Biörenklou. (L.S.) | Fridericus de Jena. (L.S.) |
| Bartholomæus Wolffsberg. (L.S.) | |

NOs itaque FRIDERICUS WILHELMUS DEI gratia (totus Titulus) ſpondemus atque promittimus tàm Noſtro, quàm Succeſſorum nomine, univerſa & ſingula Inſtrumenti ſecreti capita pactis ſupra ſcriptis comprehenſa, bona fide Nos approbare, confirmare & ratihabere, prout etjam eadem præſentibus nunc approbamus, promittentes verbo Electorali, Nos non modo dictis pactis poſthac conſtanter inhæſuros, curaturoſque, ut omnia & ſingula Pactorum Capita, quæ à Noſtra parte promiſſa ſunt, ritè & religioſè obſerventur, ſed etiam impedituros, ne à quoquam violentur. In quorum fidem & majus robur hoc Inſtrumentum manu noſtra ſubſcriptum, Sigillo inſuper Noſtro Electorali muniri juſſiſſimus. Dabatur in Arce Labiavienſi die XXIII. Novembris, Anno 1659.

FRIDERICUS WILHELMUS
ELECTOR.

## Lit. D.

IOannes Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samegitiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Czernichoviæque nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius Rex.

Significamus præſentibus literis noſtris quorum intereſt Vniverſis & ſingulis. Contineri in Actis Metrices Cancellariæ Noſtræ Minoris Regni literas infraſcriptæ Transactionis ſeu Pactorum perpetuæ Pacis, quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. Actum Poſnaniæ Feria ſexta poſt Feſtum Sancti Martini Pontificis & Confeſſoris proxima Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo Quinquageſimo Septimo Joannes Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ &c &c. ſignificamus &c. Oblatam eſſe ad Acta Metrices Cancellariæ noſtræ Minoris Regni infraſcriptam Ratihabitionem noſtram Tranſactionis ſeu Pactorum perpetuæ Pacis cum Sereniſſimo Principe Dn. Friderico Wilhelmo Marchione Brandenburgenſi Sacri Romani Imperii Archicamerario & Principe Electore &c. &c. initorum: Requiſitumque





tumque à Nobis eſſe ut eandem ad dicta Acta ſuſcipi, & ex iisdem authentice extradi mandaremus. Cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. Joannes Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Czernichoviæque nec non Svecorum Gottorum Vandalorumque Hæreditarius Rex. Vniverſis & ſingulis præſentibus & futuris præcipue iis quorum intereſt ſignificamus. Quod ad tractatum cum Sereniſſimo Principe Dn. Friderico Wilhelmo Marchione Brandenburgenſi Sac. Rom. Imperii Archi Camerario & Principe Electore, Magdeburgi, Pruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorumque, nec non in Sileſia Croſnæ & Carnoviæ Duce, Burgrabio Noribergenſi Principe Halberſtadii & Mindæ Comite Marcæ & Ravensbnrgi Dn. in Revenſtein certos conſtituerimus Plenipotentiarios, illique cum ſuæ Serenitatis Electoralis Plenipotentiariis congreſſi in Articulos qui ſequuntur convenerint. In Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti Vnici Verique DEI Amen. Notum ſit omnibus quod cum ſuperioribus annis eoque ipſo tempore quo Sereniſſimus & Potentiſſimus Princeps ac Dn. Dn. Joannes Caſimirus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Czerniechoviæque nec non Svecorum, Gottorum, Vandalorumque hæreditarius REX Inclytumque Poloniæ Regnum & Magnus Lithuaniæ Ducatus Moſchovitico bello Coſaciſque implicarentur turbis, Sveci infeſtis pariter armis eandem peterent Poloniam, tandemque in Pruſſiam Regiam ac Ducalem irrumperent, ita ut ipſe Sereniſſimus Princeps ac Dn. Dn. Fridericus Wilhelmus Marchio Brandenburgenſis Sac. Rom. Imperii Archicamerarius & Princeps Elector. Magdeburgi Pruſſiæ, Juliæ, Cliviæ, Montium Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vandalorumque, nec non in Sileſia Croſnæ & Carnoviæ Dux Burgrabius Norinbergenſis, Princeps Halberſtadii & Mindæ Comes Marcæ & Ravensbergi Dn. in Raveinſtein ejuſque Ditiones ac Subditi infeſtis Svecorum armis ac hoſtilitatibus convocatis undequaque contra ipſum Sveticis copiis, ita peteretur ac urgeretur ut cum ipſis ad Pacta quædam premente neceſſitate fuerit adactus undeque hoſtilia quædam inter Sereniſſimum Poloniæ Regem & Sereniſſimum Brandeburgicum inſecuta patrataque fuerint. Tandem per ſingularem Dei gratiam clementiamque interveniente & mutuam concordiam Sereniſſimo ac Potentiſſimo Principe Dn. Dn. Leopoldo Hungariæ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæque Rege Archiduce Auſtriæ Duce Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæque per ipſius Conſiliarium Cameræ Aulicæ & ad hoſce Tractatus ablegatum Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dn. Franciſcum De Liſola Dominum de Tyſſen & Marienfeld conciliante tam Sacræ Regiæ Majeſtatis quam ſuæ Serenitatis Electoralis Plenipotentiarii ex parte quidem ſuæ Regiæ Majeſta-

tis *P*oloniæ Reverendiſſimus Illuſtriſſimus & Eccellentiſſim Dn. Venceslaus
Comes in Lezuo Lesczynsky Epiſcopus Varmienſis & Dn. Vincentius Cor-
vinus Coſiewsſiy *S*upremus Theſaurarius & Campi-Marſchalcus Magni
Ducatus Lithuaniæ Vieliſenſis, Panenſis, Marcovienſis, Gubernator Oeco-
nomiarum Olitenſis & Graudentenſis Adminiſtrator. Ex parte vero *S*er.
ſuæ Electoralis Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi *D*ominus Otto Liber Baro à
*S*chwerin Dominus in Landsberg Oldevigshagen & Drevitz hæreditarius
Electoratus Brandenburgenſis Camerarius. Sereniſſimi Electorali Branden-
burgenſis *C*onſiliarius Status intimus & negotiorum feudalium Director,
nec non Sereniſſimæ Electricis ſupremus Aulæ *P*ræfectus & Capitaneus in
Otanienbus, & Dn. Laurentius Chriſtophorus à *S*omnitz hæreditarius Ca-
merarius in Ducatu *P*omeraniæ ejuſdem *S*er. El. Conſiliarius ſtatus intimus
Cancellarius in *P*omerania Ducali & Capitaneus Neo Stetinenſis neceſſariis
ad hoc inſtructi mandatis perpetuam pacem, concordiam atq; amicitiam in-
ter prædictum Sereniſſimum ac *P*otentiſſimum Regem Magnumque Lithua-
niæ *D*ucem ejuſque Succeſſores & *R*egnum *P*oloniæ, Magnumq; Ducatum
Lithuaniæ: tum Ser. El. Brandeburgicum in Pruſſiæ Ducem Ejuſq; Succeſ-
ſores his quæ ſequuntur Conditionibus *P*acti ſint, inſtaurarint, atq; concluſe-
rint. Prædicta *P*ax quemadmodum in perpetuum fida & ſincera erit, ita hoc
ipſo momento omnis inter utramque partem utriuſque partis copias milites
ſubditoſq; hoſtilitas ceſſabit. Neutra Pars in alterius damnum quidquam ten-
tabit, aut tentari patietur ſed altera gloriam utilitatem & ſecuritatem modis
omnibus promovere ſtudebit. Quicquid vero durantibus his ce bellis Vni
vel alteri parti tam in *R*egno Poloniæ, quam in Pruſſia Ducali aut ſingulis il-
lorum Incolis ab una vel altera parte damnorum, injuriarum, moleſtiarumve
ſive per vim atque expeditiones militares, ſive per exactiones ablationes aut
alios modos illatum fuerit, illud omne utpote perpetua oblivione ſepultum
nunquam exſuſcitabitur, nec eo nomine tam Sac. Reg M. *R*egnumque Polo-
niæ, aut Provincia aliqua eidem unita, aut *S*ubditorum quiſquam cujuſcun-
que gradus, dignitatis, aur conditionis fuerit, quam Serenitas ſua Electoralis,
ejuſque ſubditi milites ac miniſtri poterunt ſe invicem aut ſingulorum hære-
des, vel Terras Ditiones, Belli Duces, milites ſubditos convenire compella-
re aut quidquam ab iis petere aur poſtulare, multo minus vi extorquere, ſed
iſta omnia utrinque abolita eruut, ac deinceps alter alterius commodum pro-
movebit, damna autem mutuo avertet ſalvis nominibus & debitis Civilibus
inter Regni Magni Ducatus Lithuaniæ & hujus Ducatus Incolas ante vel du-
rante hoc bello Contractis, quibus ſolvendis unuſquiſque teneatur. Neque
iis qui *P*ræſidia Electoralia per hoc bellum habuerunt, aut quovis modo cum
Sereniſſimo Electore aut Ejus Officiariis in Regno *P*oloniæ contraxerunt,
hoc omne illis reſpectu amicitiæ & interceſſionis ſuæ *S*erenitatis Electoralis





à ſua Regia Majeſtate ipſis indulgebitur & nulla in re ipſis contra priſtina ju-
ra, reliquaſque libertates omnes qualeſcunque ſint abſque ulla exceptione aut
reſervatione quibus antea fruebantur præjudiciu erit. Qui hujus belli cau-
ſa à *P*olonis & Electoralitas capti fuerunt ſine lytro & relicta ipſis ſupelle-
ctile, quæ exſtabit priſtinæ libertati reddantur, ſi qui vero alterius partis ſigna
ſecuti fuerint, atque militiæ ſeſe addixerint, iſti relinquantur parti, nec re-
poſcentur. Bona immobilia & literaria documenta quæ ab utraque parte ra-
tione hujua diſſenſionis Areſtata vel fiſco addicta fuerunt, legitimis eorum
Dominis reſtituantur non obſtantibus quibuſvis donationibus à quocunque
vel quovis titulo factis. Vtraque pars in modernis hiſce bellorum tempeſta-
tibus ſedulo communi ſaluti & defenſioni intenta erit contra quoſcunque il-
lius perturbatores, pacique & mutuæ ſecuritati ſtabiliendæ pellendiſque è *R*e-
gno *P*oloniæ Magno Ducatu Lithuaniæ & Ducatu Pruſſiæ hoſtibus unitus
conſiliis viribus ac cônatibus incumbet, non obſtante quovis alio nexu aut
conventione, quæ huic æquisſimæ intentioni & reciprocæ obligationi obſta-
re poſſe viderentur, vigore autem hujus pacti pro reſcisſis hahentur. Sere-
nisſimus Elector omnia quæ per univerſum *P*oloniæ Regnum Magnumque
Ducatum Lithuaniæ & Epiſcopatum Varmienſem per hoc bellum aut per
tractatus Sveticos quocunque titulo occuparit, ac ipſo facto posſidet ſtatim
atque hæc Conventio à ſua Regia Maj. & *S*enatoribus ac præcipuis Regni,
Aulæqne Officialibus eidem asſidentibus ratihabita fuerit reſtituet plenarie
& abſque ulla reſervatione Evacuatio locorum fuit per Commiſſarios utriuſ-
que partis communi Conſilio juxta ſolitam belli rationem abſque Injuria at-
que moleſtia ulla incolarum & ſine demolitione fortalitiorum Novorum &
antiquorum uiſi id ex communi Partium conſenſu quibuſdam in locis expe-
dire videatur, & ſine ablatione rei tormentariæ ad Epiſcopatum ſpectantis
Quorum intuitu & aliorum præſertim infra ſpecificatorum, & aliis juſtis de
Cauſis Ducatum Prusſiæ iis finibus circumſcriptum quibus *S*erenisſimus E-
lector illum olim jure feudi ante hoc bellum exortum posſidebat ipſe dein-
ceps & deſcendentes ejuſdem Maſculi ex toro ejus legitime procreati, inde-
que deſcendentes omnes donec quiſquam ſuper erit Ex deſcendentihus maſ-
culis ſuæ *S*er. El. jure ſupremi Dominii cum ſumma atque abſoluta poteſtate
ſibi habebunt, posſidebunt, regentque ahſque omnibus ante hac præſtitis O-
neribus. Quanquam vero Serenisſimus Elector Ejuſque deſcendẽtes omnes
Maſculi omni prorſus Vaſallagii nexu quo hactenus Kegi & Reipublicæ Po-
loniæ ohſtructi fuerunt, iiſque omnibus quæ inde dependent liberentur non
tamen perpetua feudi alienatio inde ſequetur, ſed deficientibus maſculi ex
præmemorata linea legitima El. deſcendentibus Ser. Regibus & Reipublicæ
*P*olonæ jus ſuum integrum in præfatum *D*ucatum reſervatur, & tali pacto
præfatus Ducatus à Reipublica Poloniæ non avelletur. Quæ tamen reſer-

vatio interim ante caſum exiſtentem Juri ſupremi domini Serenitatis ſuæ Electoralis, Ejuſque deſcendentium nullo modo præjudicabit. Promittit etjam ſua Regia Majeſtas tam pro ſe quam Succeſſoribus ſuis, ſe in caſu non exiſtentium deſcendentium ſpecialem habituros rationem Agnatorum Serenitatis ſuæ Electoralis nimirum domus Culmbacenſis & Onalsbacenſis, & Officia collaturos apud Regni Comitia ut caſu caducitatis exiſtente etiam illi aliis præferantur & ad ſucceſſionem præfati Ducatus admittantur ſub iiſdem feudi conditionibus & Obligationibus quibus antehac Sereniſſimus Elector Ejuſque Anteceſſores illum vigore inveſtituræ poſſederuut.

Sua Regia Majeſtas atque Reſpublica Poloniæ hoc ipſo exolvunt Status officiales omneſque Pruſſiæ Ducalis ſubditos priori juramento, quo hactenus obſtricti fuerunt. Cujus loco Ser. Elector juramento ſe ac ſubditos omnes Pruſſiæ obſtringet ad obſervantiam horum pactorum & fœderis perpetui in termino extradendæ ratificationis. Et præterea univerſi Pruſſiæ Ordines Magiſtratus officiales Arcium, Portuum, fortalitiorum, Civitatum Præfecti jurabunt ſe caſu Caducitatis exiſtente Sereniſſimũ Regem ac Rempublicam Poloniæ pro ſolis & immediatis Dominis agnituros Eiſq; omnem obedientiam fidemq; debitã præſtituros idque in ſingulis Ducum Pruſſiæ homagiis coram Deputatis Sereniſſimi Regis ac Reipublicæ Polonicæ repetent juxta formulã juramenti ſpecialem quæ hic ſequitur. De die vero ad præfatũ juramentnm decernenda cum ſua Reg. Maj. vel ejuſdem Legatis conveniet.

Ego N.N. juro quod caſu Caducitatis exiſtente quo poſſeſſio plenumq; dominiũ Ducatus Pruſſiæ ad ſuam Reg. Maj. Poloniæ & Rẽpublicã pertinebit juxta tenorem tractatus inter ſuam Reg. Maj & Ser. ſuam El. die decimo nono Menſis Sept. Anno Milleſimo Sexcenteſimo Quinquageſimo Septimo initi Sereniſſimum Reg. Poloniæ Ejuſq; Succeſſores & Rempublicã pro ſolis & legitimis ac immediatis Dominis Meis agnoſcam, Eiſque debitam fidem & Obedientiam præſtabo: ſic me Deus adjuvet per Jeſum Chriſtum Amen.

Deficientibus Maſculis deſcendentibus & linea Electorali præſenti ſuperſtitibus fœminini ſexus Marchioniſſis deſcendentibus aut his non exſtantibus propinquo gradu agnationis Suam Ser. El. Ejuſque Poſteros attingentibus quiſquis in Pruſſiæ Ducatu tum temporis ſuccedet, ſummam perſolvet de qua inter Sac. Reg Maj. & Ser. ſuam El. conveniet in ipſa ratificatione quæq; ibidem exprimetur: Donec autem exſoluta fuerit, occupare aut poſſidere dictis Marchioniſis aut ſupradictis proximis hæredibus licebit præfecturam Inſterburgenſem cum omnibus eo ſpectantibus Prædiis & Præfecturis Cameræ quas vocant vulgo Kammer Ambter dictis iiſque omnibus omni meliori modo uti frui debebunt, hac tamen lege ut quicquid ex fructibus dictæ Præfecturæ percipiet illud in defalcationem & extenuationẽ præfatæ ſummæ Capitalis imputetur: Qua perſoluta tenebuntur illam Præfecturam cedere ulti-



ultimis Pruſſiæ poſſeſſoribus, nec ultra illam quid prætenderent Ser. El. ejuſque Deſcendentes Maſculi. Barones Nobiles Civitates & Magiſtratus ac ſubditos omnes Pruſſiæ cujuſcunq; gradus ac conditionis ſint, in avitis receptiſq; ſtatutis, juribus, ac libertatibus huic Conventioni non derogantibus conſervabunt ac manutenebunt, nec quicquam in contrarium attentabunt aut innovabunt, vel à quovis attentari aut innovari patientur. Ipſis quoq; juſtitiam juxta jus Pruſſiæ uſitatum & receptum, cæteraq; ſtatuta & Conſuetudines adminiſtrari, curabunt. Si quis in inferioribus inſtantiis, gravatum ſe prætenderit ad ſupremum Tribunal Appellationum à Ser. ſua El. in Pruſſia Ducali erigendum provocare poterit, ibidemq; decenti modo jus ſuum perſequi. Vlterior provocatio ſive Ordinaria ſive Extraordinaria, aut quocunque nomine veniat, nullum inveniat locum: Præſes autem & Aſſeſſores iſtius Appellationis Iudicii à Ser ſua El. ejuſdemque Deſcendentibus maſculis conſtituentur ex Pruſſiæ Ducalis Indigenis & Terrigenis iiſq; illi juramẽtum præſtabunt nec ſubditi querelas ſuas ad Regẽ Regnumq; Poloniæ ullo modo deferre poterunt, aut ab eis admitti. Similiter ſua Reg. Maj. & Reſpublica Poloniæ promittunt, caſu devolutionis exiſtente, ſe præmemoratas Statuum Pruſſiæ libertates Privilegia, Statuta, Conſuetudines, juraque recepta integra atque ſalva dictis ſtatibus deinceps ſemper conſervaturas, illoſq; in quieta & tranquiila poſſeſſione eorum omnium manutenturas, nihilque in iis omnibus innovaturas Loco Vaſallagii priſtini Ser. El. ejuſq; Deſcendentes perpetuo ac inviolabili fœdere Ser. Regi ac Regno Poloniæ conjungentur per quod utriuſq partis ſtabiliatur in perpetuum ſecuritas in eum qui ſequitur modum. Ser. El. Ejuſq; Deſcendentes fidam cum Ser. Regibus Regnoque Poloniæ & Magno Ducatu Lithuaniæ colent amicitiam & unionem, nunquam cum Ser. Regum vel Regni hoſtibus, aliquod fœdus directe vel indirecte inibunt in præjudicium Regis & Reipublicæ; tranſitum hoſtibus per ditiones ſuas portus & propugnacula, annonam quoq & Commeatum, ac qualecunq; ſubſidii genus ipſis denegabunt, nec portus ſuos vel munitiones ipſis quocunq; modo vel titulo in poſſeſſionem tradent. Subſidia quæ in hoc præſenti bello Ser. ſua El. Sereniſſimo Regi ac Reipublicæ Polonicæ conferre tenebitur, illa in particulari tractatu hac de re inito ſpecifice deſignata ſunt ac limitata, quæ conventio vigore præſentis pacti per omnia ſervanda erit. Quoties autem finito hoc bello, novum aliquod aliud bellum contra Sereniſſimum Regem ac Rempublicam Poloniæ orietur, ſua Ser. El. ejuſque Deſcendentes tenebuntur Mille quingentos pedites & Quingentos Equites Sereniſſimo Regi ac Regno Poloniæ ſubminiſtrare, quibus poſtquam ex Ducatu Pruſiæ Ducalis educti fuerint Rex Regnumq; Poloniæ ſuſtentationẽ ſubminiſtrabunt. Viciſſim vero Sereniſſimus Rex Ejuſque ſucceſſores & Regnum Poloniæ ac Magnus Ducatus Lithuaniæ reciprocam cum Ser. ſua El. Ejuſque ſucceſſori-



bus

bus ſervabunt amicitiam nullum hoſtibus ipſius aditum in ſuæ Ser. El. Terras
concedere ſed potius defenſioni, conſervationi, ac ſecuritati Ducatus *Pruſſiæ*
omnibus modis conſulere debebunt , præſertim ſi hujus conventionis vel
ſubſidii miſſi cauſa ( de quo ſupra ) Ser. El. Ejuſque Succeſſoribus quiſquam
& quicunque fuerit ſive in præſenti, ſive deinceps bellum indicere aut Duca-
tui *Pruſſiæ* inferre voluerit *Sereniſſimus Rex* & Regnum Poloniæ adæquato
ipſi ſubſidio ſubvenire tenebuntur. Copiis *Regiis* per *Pruſſiã Ducalẽ* quan-
do opus fuerit iter patebit ſine maleficio tamẽ noxa aut damno ullo Incolarũ.
Ordinabit quoq; *Ser.El*. Ejuſq; deſcendẽtes itinerũ rationes & quicquid inde
dependet. Idq; ut eo rectius fieri poſſit mature adventus *Exercitus* Polonici
aut Turmarũ Ser.El aut *Poſteris Ejus* vel in abſentia Eorũ iis quibus guber-
natione Ducatus cõmiſſa fuerit à ſua Reg.M. vel à *Regni* Generalibus vulgo
Feldhern indicãdus erit. Ordinationi autẽ prædictæ Exercitus Polonicus E-
juſq Duces parere neceſſe habebũt. Pariter liberũ erit S. S. *El. Ejuſq*; Poſte-
ris *Pruſſiæ* Ducibus eadẽ ratione & *Cautelis* ſupra memoratis per Poloniã ac
Pruſſiã Regalẽ copias militares ducere. Navibus utriuſq; Partis propriis ſit
liber cũ omnimoda ſecuritate præſtanda aditus atque tranſitus per Portus qui
ſunt in alterutrius partis Dominio abſq; præjudio cõmerciorum atq, Fottali-
tiorum & cũ omnimodo eorundẽ ſecuritate de qua inter partes deinceps con-
veniet. Libera quoq; erit utriq; Parti in alterius ditionibus annonæ Cõmea-
tus ac omnis ſubſidii bellici coẽptio. Vtraq; pars in alterius Partis terris militẽ
cõducere poterit, illã tamẽ eo nomine amice prius cõpellabit atq; deſuper in-
ter utramq; partẽ de modo cõveniet, prout fœderis atq; amicitiæ, ac tẽporum
ratio expoſtulabit, & hoc ſemper obſervabitur ne ullũ Partibus incommodũ
aut ſubditis damnſi afferatur. *Exercitium* Rel : Cath : Rom : prout ante hoc
bellũ *Sveticũ* juxta antiqua & recẽtia pacta in *Pruſſia* Ducali viguit aut vigere
debuit conſervabitur, aut reſtituetur, libera erit Eã profiteri volẽtibus. Nec
ullus unquã ex Ducalibus ſubditis jã eam profituentibus, aut in poſterũ pro-
feſſuris eam ob rẽ interpellabitur, Sacella itidem & Oratoria ac bona omnia
*Eccleſiaſtica* ipſis appertinẽtia ubivis tam in Confinibus quã alibi integra, tu-
ta & conceſſa illis erunt, iiſdemq; liberũ ex doctrina inſtitutiſq; Cath : Rom:
exercitium habebunt. Nemo eo nomine turbabitur perdeturve, nemo Rel :
Cath causa ullã vim, injuriam, contumeliã, moleſtiãve perferet & quicunq;
eos aliquu injuria affecerit , ſævere punietur ad munera & honores iis qui ex
Catholicis idonei fuerint liber aditus erit. Quicunq, etiã in Ducatũ Catholici
Barones Nobis Civitates, Jura Patronatus legitimis acquiſiverini modis in lo-
cis ubi jura illa ipſis competunt iiſdẽ uti ac frui abſq; impedimẽto ac Contra-
dictione poterunt Si vero alii Cõpatroni non Rom. Relig. addicti fuerint
initi, atq; ejus exercitio oriatur à Commiſſariis à *Ser*. ſua El. ex utraq; Reli-
gione pari numero conſtituendis componetur vel decidetur juxta præſcriptũ
Juris



Juris Canonici. Templũ quoque Regiomontanũ cum ſuo cæmiterio & lo-
cis ad ict pertinentibus ac fundatione aliiſque juribus præceptis in eo ſtatu,
quo ante hoc bellum fuerunt, aut eſſe debuerunt conſervabitur. *Perſonæ Ec-
cleſiaſticæ* iis immunitatihus & foro in poſterũ gaudebunt, quibus hactenus
gaviſæ ſunt, aut gaudere debuetunt juxta Pacta priora , Jurisdictio *Spiritua-
lis* Reverendiſſimi & *Excell*. Dn. *Epiſcopi* Varmienſis juxta Pacta intacta &
integra conſervabitur , in *Parochum* & omnes alias *Eccleſiaſticas Perſonas*
Cath : Relig: additas. Omnibus deniq; Juribus prærogativis ac libertatibus
fruentur, quæ tã in antiquis quam recentibus Pactis & fundationibus cõtenta
ſunt, quæ hic in hac ſolũ materia denuo cõfirmantur, ac pro ſpecifice expreſſis
& declaratio habẽtur. Calendariũ hactenus uſitatũ & receptũ pariter retinebi-
tur. *Similiter Ser*. Rex *Poloniæ* & Reſpublica pro ſe & *Succeſſoribus* ſuis pro-
mittunt, ꝙ in caſu devolutionis nihil in præjudiciũ tam Auguſtano Luthera-
næ quã Auguſtano Reformatæ *Religionis* innovabũt, aut attẽtabũt. Cõmer-
cia inter Regni Poloniæ, Magni Ducatus Lithuaniæ & Ducatus Pruſſiæ In-
colas libera erunt ac ſecura, Circa cõtroverſias vero quaſcunq; ratione Com-
mercii & omniũ inde dependenriũ vel eo ſpectantiũ aut quæ ad illud quocũ-
que modo inferri poſſunt Cõmiſſio inſtituetur ad inſtantiã Partis poſcẽtis &
omnia per Cõmiſſarios ex utraq; Parte ad inſtantiã ſive Suæ Reg. M. ſive ſuæ
*Ser*. El. pari numero intra ſpatiũ duorũ menſiũ nominandos amicabiliter cõ-
ponentur. In Dominiis vero utriuſq; *Partis* nulla nova Theloneorũ onera tã
Terreſtria quã Maritima quæ ante hoc bellũ non fuerũt, in gravamen Cujus-
libet partiũ imponantur. Quod ſi aliqua è re cõmuni de novo imponenda aut
augenda videbuntur id partiũ conſenſu fiet. Si ſuper limitibus inter utramq;
*Partem*, aut ſubditos utriuſq; *Partis* ratione videlicet limitũ, aut etiam inter
ſuam *Reg*.Maj ac *Succeſſores* Reges Regn. Poloniæ ac Magn. Ducatũ Lith,
& *Ser*. ſuam El. *Ejuſq*; ſucceſſores circa obſervationẽ & executionẽ fœderis
ac præſentis *Conventionis*, aliave quavis de cauſa aliqua dubitatio, aut cõtro-
verſia exoriatur per Comm ; ad Inſtantiam tam ſuæ R. M. quam ſuæ Ser. *El*.
intra Bimeſtre ſpatiũ ab utraque parte æquali numero nomiuandos quique ſi
opus eſt in rẽ præſentẽ veniẽt, amice cõpenatur ac definiatur. *De* pretio, va-
lore, ac æſtimatione monetæ liberoque Ejuſdẽ curſu per utriuſque Ditiones
quoties opus faerit amicabiliter conveniendum erit. Ad interceſſionem Ser:
& Potentiſſimi Hungariæ & Bohemiæ *Regis* per præmemoratum Dn. able-
gatum ſuum interpoſitã, nec non Ser. *El*. Brandeburgico pro plenaria reſtitu-
tione & omnimoda ſecuritate Cognati Principis majorẽ in modum inſtante
*Ser* Reg. *Poloniæ* Plenipotentiarii perſpectã ac exploratã habentes ſuæ Reg.
M. cum erga cæteros omnes ad obſequium redeuntes tũ ſpecialiter erga Illu-
ſtriſſimum *Principẽ Dn*. Boguslaum Radziwiel *Ducẽ* Bierzarũ, *Dubineorũ*
*Sluciæ* & Kopyliæ S. Rom. Imp. Principe non uno documẽto literario teſtatã
benignitatẽ annuerunt & conſenſerunt ut præfatus *Princeps* tanquã is qui de

facto cum debita ſubmiſſione ad priſtinam obedientiam una cum ſuis omni-
bus jam redierit & omni cum hoſtibus commercio renunciaverit , atq; in po-
ſterum Sereniſſimo Regi ac Reipublicæ obſequium ſuum fidele voverit non
modo generalis amneſtiæ beneficio frui & gaudere poſſit, ſed etiam ſpeciali
præſentis Tranſactionis vigore in Ducatuum ſuorum patrimonia & omnia
bona ac Jura ipſi legitime competẽtia in forma plenisſima una cum ſuis reſti-
tutus ac reſtituendus intelligatur neq; ratione injuriarum, damnorum ac ho-
ſtilitatum quæ in hoc bello vel per ipſum, vel per ejus milites aut miniſtros ac-
ciderunt per viam Juris aut facti quiſquam negotium aut moleſtiam, ipſi aut
partes ipſius ſequentibus, faceſſere poſſit, ſed omnia fideli amneſtia & præte-
ritorum oblivione, hujus quoque pacificationis vigore , ſepulta cenſeantur,
ſalvis nominibus & debitis civilibus , quæ nihilominus perſolvenda erunt.
Fœdus hoc & omnia in hoc Inſtrumẽto contenta, ſancte ſervatum iri *Vtraque
pars juramento promittet*, & in præſenti quidẽ Sereniſſimus Rex Poloniæ ac
Senatores eidem aſſidentes hanc Conventionẽ ſolenniter ratihabebunt ac ju-
ramento firmabunt, promittentq; in proximis Comitiis aut proximo Con-
ventu Comitiorum poteſtatem habente omnia quæ his concluſa ſunt ratiha-
bitum iri Similiter Ser. ſua El. illam pari modo ratificabit *ac juramento* firma-
bit, Atq; hoc fœdus perpetuũ quotieſcunq; novus Rex Poloniæ electus fue-
rit aut Dux Pruſſiæ in Ducatu ſucceſſerit ab Vtraque Parte renovabitur con-
firmabiturq; juramento de ſuper præſtito per Deputatos in animã Principaliũ
jurantes. Et ſi pars alterutra huic convẽtioni & Fœderi contravenerit, & de-
cẽter admonita ſatisfacere neglexerit, pars læſa monere tenebitur Mediatores
ac Sereniſſimos & ſtatus in articulo ſequente nominatos & eorũ curam adhi-
bere procurandæ ſatisfactioni & huic ſtabiliendæ Concordiæ rationi utraq;
pars ſedulo inſiſtet ut omnia amicabiliter æquis modis cõponantur. Pro ſecu-
ritate & horum Pactorũ firmitudine fidẽ ſuam quoq; ut interponant Sereniſ-
ſimi & Potentisſimi Reges Hungariæ & Bohemiæ, item Daniæ Novergiæq;
Denique Præpotentes Fœderati Belgii Ordines rogabuntur ut injuriam aut
vim contra hanc Conventionem Paſſo omni meliori modo conſulat, atq; de-
bita ipſi ſatisfactio procuretur. Confecta autem ſunt à ſupra nominatis Dn.
Plenipotentiatiis hujus Pacificationis & Fœderis duo ejuſdem tenoris Exem-
plaria à ſua Reg. Maj. Poloniæ & Senatoribus eidẽ aſſidentibus, atq; à ſua Ser.
El. Brandenburgẽſi intra ſex ſeptimanas ab infra ſcripto die ratificanda & ju-
ramento firmanda atq; Vtrinq; permutanda, quorũ Vnum ſuæ Reg. Maj. Dn.
Plenipotentiarii exhibitũ , alterum vero ſuæ Ser. El. Dn. Plenipotentiariis
traditũ Vtrumq; autem in majorem fidẽ majuſque robur à ſæpedictis D. Ple-
nipotentiariis Vtriuſque partis propriarũ manuũ ſubſcriptione, Sigillorumq;
appoſitione munitum & roboratum eſt. *Acta hæc ſunt Velaviæ Pruſſorum
die Decimo nono Menſis Septembris Anno ſalutis humanæ Milleſimo, Sexcen-
teſimo,*



*teſimo, Quinquageſimo ſeptimo.* Venceslaus de Leſno Epiſcopus Varmien-
ſis, Sac. Reg. Maj. Poloniæ & Sveciæ Plenipotentiarius mpp. Locus Sigilli.
Vincentius Corvinus Goſiewsky ſupremus Theſaurarius & Campi Ductor
Magni Ducatus Lithuaniæ Sac. R. M. Poloniæ & Sveciæ Plenipotentiarius
mpp. Locus Sigilli. F. de Liſſola Sereniſſimi Hungariæ & Bohemiæ Regis
Conſiliarius & ad hoſce Tractatus pro mediatione ablegatus mpp. Locus Si-
gilli. Otto Liber Baro à Schwerin Plenipotentiarius Electoralis mpp. Lo-
cus Sigilli. Laurentius Chriſtophorus Somnitz Plenipotentiarius Electora-
lis mpp. Locus Sigilli. Quandoquidem DEO Clementer annuente Se-
reniſſimus Elector Brandenburgenſis ad ſinceram Pacem & amicitiam cum
Sereniſſimo Rege ac Regno Poloniæ & Magno Ducatu Lithuaniæ à quibus
violento bellorum ingruentium ac neceſſitatis inevitabilis impulſu invitus a-
vulſus erat feliciter redierit *ac perpetuo fœdere ita* ſe Sereniſſimo Regi ac Re-
gno Poloniæ & Magno Ducatui Lithuaniæ conjunxerit ut mutuam utilita-
tem, commodum ac ſecuritatem ſincere procurare ac promovere teneantur
*Ad quem ſcopum attingendum nihil expeditius viſum fuit quam ſi Communi
ope, Viribus ac conſilio, arma & ſtudia conjungerentur ad expurgandam qui-
busvis hoſtibus Poloniam & totam Pruſſiam Regiam & Ducalem periculo li-
berandam ac removenda omnia obſtacula quæ Communem Vtriuſque partis
tranquillitatem impediunt & optatam Pacem eo citius ac efficacius conſequen-
dam*, circa quod ſpecialis conventio inter partes per eoſdem Reverendisſi-
mum Illuſtrisſimos & Excellentisſimos Dn. Vtriuſque Partis Plenipotentia-
rios in Pacis inſtrumento nominatos ſtabilita fuit in eum qui ſequitur mo-
dum. Sereniſſimus Rex & Regnum Poloniæ & Magnus Ducatus Li-
thuaniæ, durante hoc bello, requiſito armorum ac militum præſidio Sereniſ-
ſimo Electorali Brandenburgenſi Ejuſque Statibus ac Provinciis, *tam in Im-
perio* quam hic in Pruſſia contra præmemoratos hoſtes, vel quoſcunque eo-
rum Confœderatos & adhærentes quoties neceſſitas exiget, ſuccurrent; Qui-
bus Sereniſſimus Elector quoties pro ſua defenſione in propriis ipſius Pro-
vinciis militabunt, victum & ſubſiſtentiam prout proprio militi ſuo ſuppedi-
tabit. Similiter Sereniſſimus Elector Bandenburgenſis pro Communi parti-
um utilitate toto hoc bello durante inſtructum cum omnibus pertinentiis &
re tormentaria habebit Exercitum ſex millium militum partim Equitum
partim peditum, quibus cum vel ipſe contra ſupra deſcriptum hoſtem aget, aut
cum Polonis conjunget juxta rerum exigentiam habito deſuper Communi
Conſilio quibus etiã ſi plures fuerint ſimiliter Sereniſſimus REX & Reſpu-
blica Poloniæ victũ & ſubſiſtentiã quamdiu pro ipſis & in ipſorũ Territoriis
ſunt militaturi ſubminiſtrare debebunt. Nec Ser. ſua El. pendente hoc
bello quicquam ultra præfatum militum numerum ſubminiſtrare tenebitur ,
niſi ſponte volet. Si Sveci aut eorum aſſeclæ hujus Conjunctionis *odio vel*

F *alio*

*alio quovis colore* intra decennium poſt hoc bellum finitum Sereniſſimum El.
non ſolum in Ducatu *Pruſſiæ ſed & in Imperio* armis ſuis infeſtare tentaverint
Sereniſſimus Rex *P*oloniæ & Reſpublica tenebuntur ipſi ſubvenire & viciſ-
ſim eodem caſu Serenitas ſua Electoralis per totum illud decennium poſt
confectam *P*acem tenebitur ſubſidium Sereniſſimo *R*egi ac *R*eipublicæ ad
ipſorum defenſionem iiſdem ut ſupra Conditionibus ſuppeditare. De qui-
bus auxiliis ſibi mutuo ferendis ſpecialis declaratio fuit inter ſuam Reg Maj.
& *S*er. ſuam El. in ipſa ratihabitione. Liberum quoq; erit Ser. El amplecti
fœdus inter Ser. Domum Auſtracam & *S*ereniſſimum Regem ac Rempubli-
cam Poloniæ initum, ac ſecuritatibus omnibus in illo comprehenſis frui.
Quando utriuſque partis Copiæ conjunctæ fuerint Expeditiones militares
omnes communi conſilio & utriuſque Partis Generalium conſenſu ſuſcipi-
entur. *S*i in terris ad *S*erenitatem ſuam El. ſpectantibus aut aliis in locis ſuæ
*S*er. El cauſa tantum bellum geratur, belli directio ad Ser. ſuam El. ſpectabit.
*S*er. ſua El vero abſente omnia fient communi Conſilio & ſi opus fuerit de di-
rectione inter Principales conveniet habito reſpectu & diſcrimine Genera-
lium. Similiter etiam quando Copiæ El. pro *S*er. *R*ege aut *R*epublica Polo-
niæ certabunt idem juris ſtatuetur. De cætero ſalva erit Vtriuſq; *P*artis Gene-
rali in milites ſuos juriſdictio & æqualis & ſemper inter milites utriuſque Par-
tis laborum ſecundum numerum eorundem proportionata diſtributio. In
quocunque autem Territorio Copiæ tam *R*egiæ quam El. fuerint ij quibus
annonæ Commeatuſque cura commiſſa fuerit ex æquo Vtriuſque *P*artis mi-
litibus ſecundum eorum numerũ de ſuſtentatione proſpicient. Neutra Pars
poterit ſine alterius ſcitu, conſenſu ac præſentia Deputatorum Pacem armiſti-
tiumve cum hoſtibus paciſci, nec arma deponere antequam utrique Parti de
ſecuritate omnimoda proſpiciatur ad plenariam Partium ſatisfactionem. Ser.
Elector Brandenburgen in pace cum Ser. Magno Moſchoviæ Zaar include-
tur cum omnimoda ſua ſecuritate & obſervatione fœderis perpetui & Con-
ventionis cum *S*er. *R*ege ac Regno Poloniæ & Magno Ducatu Lithuaniæ i-
nitæ. Cæterum cum intuitu damnorum periculorumque quæ pendente bello
Ser. ſuæ El. ſubeunda erunt, aliiſque de cauſis æquum viſum fuerit *Suæ Reg.*
Maj & Reipublicæ ut propenſionem ſuam & *R*egni erga Ser. ſuam El. Ejuſq;
inclytam domum reipſa demonſtrarent & illorum omnium dignam haberent
rationem aliquam ipſi congruam ſatisfactionem concedere. Et præterea ſua
*S*er. El. certam pecuniæ ſummam vel Contributiones ad belli ſumptus & ne-
ceſſarios militum delectus prætenderit. *R*everendiſſimus Illluſtriſſimi &
Ezcell. Dn. Plenipotentiarii ſuæ Ser. El deſiderio plene ſatisfacere ſumme
optaverint atq; nonnulla quæ circa hoc punctum in mandatis habuerunt, de-
clararint, Tamen cum ad complanandum hoc negotium penitus atq; ſuffici-
enter inſtructi non fuerint, res iſta ad ulteriorem Suæ Reg. Maj. declarationẽ
aut



aut Conventionem in ipſa ratihabitione faciendam, remiſſa eſt, ita ut nhilo-
minus *P*ax interea concludatur. Interea vero Ser. ſua El declarat ac proteſta-
tut, ſe ante præfatam declarationem & ratihabitionem nullatenus velle obli-
gari ad Executionem eorum, quæ in articulo Quarto Conventionis principa-
lis, de evacuatione locorum conventa ſunt. Quæ omnia ſancte & inviolabi-
ter obſervatum iri, pars utraque ſub fide ſua ac juramento promittit, prout ex
nunc *R*everendiſſimus Illuſtriſſimi & Excell. Dn. *P*lenipotentiarii, nomine
*S*er. ſuorum *P*rincipalium de facto promittunt, ſeque intra ſex ſeptimanas,
*S*er. *R*eg. ac Senatorum eidem aſſidentium: uti & Ser. ſuæ El. ratihabitionem
nec non etiam in proximis *R*egni Comitiis eorum omnium, quæ hic acta &
concluſa ſunt plenam Confirmationem procuraturos. In quorum fidem hæc
à ſæpedictis *P*lenipotentiariis propriarum manuum ſubſcriptione ſigillorũ-
que appoſitione munita roborataq; ſint. Welaviæ Pruſſorum die decimo no-
no Menſis *S*eptembris Anno Salutis humanæ Milleſimo Sexcenteſimo Quin-
quageſimo ſeptimo. Venceslaus de Leſno Epiſcopus Varmien Sac. Reg. M.
*P*oloniæ & Sveciæ Plenipotentiarius mpp. Locus Sigilli. Vincentius
Corvinus Gosiewky ſupremus Theſaurarius & Campi Ductor Magni Du-
catus Lithuaniæ S. M. *P*oloniæ & *S*veciæ *P*lenipotentiarius mpp. Locus Si-
gilli. F. de Liſola Sereniſſimi Hungariæ & Bohemiæ *R*egis Conſiliarius &
ad Mediationem horum tractatuum ablegatus mpp. Locus *S*igilli. Otto Li-
ber Baro à *S*chwerin Plenipotentiarius El. mpp. Locus Sigilli. Laurentius
Chriſtophorus *S*omnitz Plenipotentiarius El. mpp Locus *S*igilli. Nos i-
taque Johannes Caſimirus Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ,
*P*ruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenſciæ Czerniehoviæque nec
non *S*vecorum, Gotthorum, Vandalorumque hæreditarius *R*ex Teſtamur
præſentibus pro nobis Succeſſoribuſque noſtris Regibus & Regno *P*oloniæ,
ac Magno Ducatu Lithuaniæ, nos univerſa & ſingula capita Pactis ſupra
ſcriptis comprehenſa bona fide ex *S*enatus Conſulto approbaſſe, confirmaſſe
& ratihabuiſſe, prout ea hiſce nunc ex *S*enatus *C*onſulto approbamus confir-
mamus & ratihabemus, promittentes verbo Regio & ſub fide præſtiti tam à
Nobis quam Conſiliariis noſtris Officialibuſque lateri noſtro aſſidentibus
juramenti, Nos prædictis *P*actis poſthac conſtanter inhæſuros curaturoſque
ut omnia & ſingula *P*actorum Capita, quæ à Noſtra Parte & Republicæ Po-
lonicæ nomine promiſſa ſunt ſancte & religioſe obſerventur, imo impedi-
turos ne a quopiam violentur. Et quoniam nonnulla ad nos in negotio Con-
junctionis armorũ & aliis remiſſa ſunt, atq; ſuper iis ſequẽti ratione inter nos
& *S*er. *P*rincipẽ El. ſupra nominatũ cõventũ eſt modo infra ſcripto ea ſecun-
dum Conventionẽ initam addimus, illaq; eandẽ vim atq; vigorẽ cũ ſuperio-
ribus Articulis ex Senatus Cõſulto habere volumus, atq; hiſce tribuimus pol-
licemurque eadem fide jurata in proximis Comitiis omnia quæ Superioribus


arti-

articulis continentur, & quæ hic ſequuntur omnium ordinum conſenſu confirmatum & ratihabitum iri. Igitur probe perpendentes, tum pericula quæ ſuæ Serenitati Terriſque ipſius *per ipſam ſeparationem à partibus Sveticis* imminent, tum quanti interſit noſtra atque Reipublicæ Vicinū nobis Principem juſtis divincire modis tum in primis quanta quamque utilia nobis Regnoque Poloniæ per effectivam & actualem armorum nobiſcum Conjunctionem præſtare ſua Ser. El. deinceps poſſit officia tam belli quam Pacis tempore. Ad demonſtrandam præterea ſingularem propenſionem noſtram Regnique noſtri erga ſuam Ser. El. Ejuſque Domum inclytam ſuæ Ser. El. Ejuſdemque Poſteris maſculis ex legitimo thoro Ejuſdem deſcendentibus pariter ex Senatus Conſulto & Conſenſu Dominorum Conſiliariorum tam Spiritualium quam ſæcularium Regni noſtri duas Præfecturas Leoburgenſem & Bituniensem cum omnibus & ſingulis eorum ſingulis Vaſallis Fructibus Libertatibus Eminentiis cenſibus, proventibus Juribus & pertinentiis univerſis tenendas, habendas, fruendas, utendas & poſſidendas in perpetuum Jure feudi pro Nobis & Succeſſoribus noſtris Regibus Poloniæ dedimus conceſſimus ac illum de eis ipſis Arcibus & Oppidis Bytou & Lünenburg inveſtivimus & tenore præſentium damus & concedimus & inveſtimus, Officiarios noſtros & Incolas quoſcunque ibidem Juramentis & ſubjectionibus quibus hactenus nobis & Reipublicæ obſtricti fuerant hoc ipſo exſolventes. Præterea de ampliori gratia & benevolentia noſtra Ser. ejus ac illius hæredes ab omni Juramento nec non Tributis & Exactionibus quibuſcunq; Nobis & Poſteris noſtris ratione dictarum arcium & Oppidorum præſtandis dimittimus & liberos facimus, prout olim à Ducibus Pomeraniæ Eædem Præfecturæ Bytou & Lünenburg tenebantur. Pollicemur præterea pro Nobis & ſucceſſoribus Noſtris dictum Ser. Principē ac Ejus hæredes in prædictis Arcibus & eorum pertinentiis quantum in Nobis eſt defendere ac tueri, Tenebitur autem & obligatus eſſe debebit Præfatus Sereniſſimus Elector Ejuſque Succeſſores ad ſingulas Succeſſorum Noſtrorum Regum Poloniæ Coronationes Conſiliarios aut officiales ſuos mittere qui hoc ipſum Jus feudale de præfatis Arcibus & Oppidis ad Regnum pertinens recognoſcens & literas ejus recognitionis & renovationis feudi, quæ gratis illis debent dari à novis Regibus accipient. Quod ſi aliqua legitima Cauſa impedit hoc officium & debitum in Coronationibus Succeſſorum noſtrorum non fecerint nihil ea negligentia illi detrimenti afferre debebit, dummodo alio brevi tempore poſt Coronationem id præſtare curaverint. Ubi vero ipſe Sereniſſimus Princeps Dn. Fridericus Wilhelmus Marchio & Elector Brandenburgicus in Pruſſia Dux &c. ſine legitimis Maſculis feudi hæredibus vel eorum legitimi Maſculi feudi Hæredes non relicta prole virili decederent ſtirpsque & progenies eorum Maſcula & legitima deficeret ex tunc prædictæ Arces & Oppida Botou & Lünenburg





cum omnibus ſuis bonis, ſubditis Vaſallis, fructibus, libertatibus, juribus eminentiis & pertinentiis univerſis ac cum pleno jure & poſſeſſione citra omnem difficultatem ad nos & Poſteros noſtros Reges Poloniæ redibunt. Et ſi quidem ad præſens Præfecturæ iſtæ à Dominiis noſtris poſſidentur ideo Vſumfructum ante hanc ceſſionem ipſis debitum, atque quicquid juris in illis habuerunt unquam alia ratione digniſque modis compenſabimus, ita ut vacua omnino poſſeſſio & plena fructuum perceptio ſuam Ser. El ex hoc ipſo tempore manere, neque quiſquam ipſi ratione ſatisfactionis ſuæ negotium faceſſere debeat. Religionis Catholicæ Exercitium in præfatis præfecturis Luneburg & Butou prout ad hanc uſque diem fuit liberum erit. Juriſdictio Epiſcopi Vladislavienſis in Templa Catholica ſacerdoteſq; integra maneat, proventus videlicet Decimæ Cenſus & ſi qui ſunt alii Parochis & Eccleſiis ſuis extradentur & renuentes ad extradendum à Præfectis Ejuſdem Ser. cogentur. Cauſæ tam Nobilium quam & Plebeiorum matrimoniales ad forum Eccleſiaſticum pertinebunt, nobilitas juribus Privilegiis boniſque ſuis eodem modo ac ſub immediato Dominio noſtro utebatur, utetur frueturq; ſub ſua Ser. El. Decreta rerum judicatarum prout ſub immediato Dominio noſtro lata ſunt, inviolata maneant Gubernationis & Appellationum ratio eadem erit quæ fuit ſub Ducibus Pomeraniæ ſalvis Privilegiis. Jura Patronatus Regia reſervantur Ejus Ser. El. & Nobilibus ſi quæ habent juxta Privilegia & uſum eorundem ita tamen quod juxta declarationem circa hanc Conventionem ab ejus Serenitate factam ad Eccleſias Catholicas Parochiales præſentabit, Ejuſq; Ser. El. ſacerdotes Catholicos ad Commendationem Epiſcoporū Vladislavienſiū, ab iiſdem Epiſcopis Vladislavienſibus inſtituēdos, ita ne Eccleſia ultra duorum menſium ſpatium vacare poſſit. Propter eandem armorum Conjunctionem & ſupramemoratas alias rationes ſuæ Ser. El. Civitatem Elbingenſem cum toto ejuſdem Diſtrictu & Territorio pleno Dominii jure ſibi habendam poſſidendamque una cum reditibus, qui inde ad Reges Regnumpue Poloniæ olim deferebantur concedimus promittimuſque quod quamprimum ex poteſtate Svecorum erepta aut recuperata fuerit nemini, quam ſuæ Ser. El. vacua ipſius poſſeſſio tradi debeat, citra ullas prætenſiones vel dilationes præſidia ſuæ Ser. munienda ſine ullo ſumptu Regis & Regni. Quam quidem Civitatem Elbingenſem eodem modo poſſidebit tenebitque & ea fruetur ſua Ser. Ejuſque Poſteri atque à nobis & Regno Poloniæ ad hoc ultimum bellum Sveticum Milleſimo Sexcenteſimo Quinquageſimo Quinto tenebatur & poſſidebatur etiam quoad Commercia & jura aliorum Civitatum noſtrarum Pruthenicarum, nulla præterea thelonea nova inſtituendo Commiſſio quoties opus fuerit inſtituetur ab Vtraq; parte pari numero Commiſſariorum ut omnium intereſſe habentium, ac in primis Civitatum noſtrarum Pruthenicarum habeatur ratio, ne illæ in ſuis Com-

merciis omnibuſque inde dependentibus præjudicium patiantur utque gravamina ac prætenſiones quas inter ſe habere prætendunt per Commiſſionem aboleantur vocatis ad diem Commiſſionis Civitatum earundem Pruthenicarum Deputatis. Religionis Catholicæ & Auguſtanæ Exercitium Elbingæ liberum ſit, ſtatuſque ejuſdem Religionis Catholicæ idem erit, prout ante hoc bellum fuit, Jurisdictio Epiſcopi in Sacerdotes Catholicos prout ante integra maneat. Jus Patronatus Ejuſdem Eccleſiæ Elbingenſis Catholicæ ad nos ſpectabit Templum Catholicis ademptum reſtituetur, proventuſque & fundi omnes Eccleſiæ Catholicæ, quibus ante hoc bellum ultimum Sveticum utebatur fruebaturque reddentur Catholicis præterea ad magiſtratum acceſſus patebit. De ſumma juxta Articulum Octavum fœderis perpetui exolvenda conventum eſt, quod hæredibus in dicto articulo deſignatis & deſcriptis in Caſu ibidem expreſſo ſumma Centum Quinquaginta millium talerorum Imperialium ſolvi debeat. Quæ omnia cum bene expreſſa & ex Senatus Conſulto peracta atque concluſa ſunt in eorum fidem|& majus robur hoc inſtrumentum manu noſtra ſubſcriptum Sigillo inſuper Regni noſtri muniri juſſimus. Actum Bidgoſtiæ die ſexta Menſis Novembris Anno Domini Milleſimo Sexcenteſimo Quinquageſimo ſeptimo Regnorum noſtrorum Poloniæ nono Sveciæ vero Decimo Anno. Præſentibus Reverendis in Chriſto Patribus, Magnificis, Generoſis ac Venerabilibus Floriano Caſimiro Duce in Clevam Czartorysky Vladislavienſi & Pomeraniæ. Andrea Trzebicki Premislienſii Epiſcopiſcopis Nominato Cracovienſi Vice-Cancellario Regni, Joanne Comite de Leſno Poſnanienſi Capitaneo Mariæburgenſi & Joanne Caſimiro Kraſinsky Ploeen Palatinus, Stanislao Laskowsky Podlachiæ, Referendario Regni, Conſtantino Lubstowsky Bidgoſtienſi Caſtellanis Nicolao Pretzmowshy Secretario Majori Regni, Gottardo Butler Succamerario Regni Boleslavienſi, Novenſi, Capitaneo Oeconomiæ Grodnenſis Adminiſtratore, Bogislao Radziwil Duce Bierzarum, Dubinkorum, Stucko & Kopil Stabuli Magni Ducatus Lithuaniæ ſupremo Præfecto Branſcenſi Barenſi &c. Capitaneo. Michaele Radciwil Duce in Olyka & Nieſucesz Pocillatore Magni Ducatus Lithuaniæ Theodoro Denhoff Inciſore Megni Ducatus Lithuaniæ Vrzedovienſi Chriſtophoro Pac Vexillifero M. Ducatus Lithuæ Villeiſcen Oſtrinenſi &c Alexandro Naruszewic Notario Magni Ducatus Lithuæ, Lidenſi Luboſienſi, Miedzialen Capitaneis Mrtiano Wituscky Cneſnenſi, Stogovienſi, Lovicienſi Præpoſito Matthia Poniatowsky Decano Cracovienſi, Andrea Miaskowsky Scholaſtico Gneſnenſi Secretariis Noſtris, Joanne Zakiski Præfecto Culinæ Regni Suraſien Capitaneo, Joanne Tansky Inſtigatore Regni Andrea Morsztyn Dapifero Sandomirienſi Zavichoſtenſi Capitaneo Joanne Scumowsky Pocillatpre Premislienſi & aliis complurimis Datt per manus ſupra memorati Reverendi in Chriſto

Patris



Patris Andreæ Trzebicky Vice Cancellarii Regni ſincere nobis dilectis. Nos itaque Joannes Caſimirus ejuſmodi requiſitioni annuentes præ inſertam ratificationem Noſtram Pactorum perpetuæ Pacis pro de verbo ad verbum in continetur & in eadem Acta noſtra inſerta eſt, uti in illa inſcribi, ita ex iiſdem Authentice extradi mandavimus in cujus rei fidem præſentibus eſt Sigillum Regni appreſſum Datum Poſnaniæ die XI. Menſis Januarii Anno Dn. M DC LVIII. Regnorum noſtrorum Poloniæ IX. Sveciæ vero X. Anno.

Lit. E.

Allerdurchleuchtigſter / ꝛc.

ALlergnädigſter Herr ꝛc Ew. Käyſ Mäyt. habe ich hiemit allervnterthänigſt zu referiren / daß mich geſtrigen Tages der Braunſchweig: Wolffenbüttel Abgeſandter D. Heyland beſucht vnd angezeiget / es hätte jhme der Schwed. Abgeſandter Biörenklau ein von ſeinem Gn. König vnd Herrn / als S. K Mäyt. eben bereits in dem Kiehler Seehafen zu Schiff gangen geweſen den 6. Auguſt. ſtil vet. abgangenes Schreiben vorgewieſen / worinnen er Biörenklau über ein von jhme auß Franckfurt eingeſchickte relation beantwortet vnd conteſtirt werde / daß S. K. M. nichts mehrers verlangten als mit Ew. Käyſ. Mayt. vnd dero geſambten hochlöblichen Ertz-Hauſe wiederumb in gute Freundſchafft einzutretten vnd ſo gar auch mit deroſelben eine beſondere Alliance auffzurichten wie Er dann befehliget ſey ſich zuerkündigen / ob hierzu mit Ew. Käyſ. M. hinterlaſſenen Rähten allhier einige vertrauliche Couferenz veranlaſſt werden möchte: vnd wäre Sein deß Königs in Schweden intention nicht / einige ſeparation hierdurch zwiſchen E. Käyſ. Met. dem König in Pohlen vnd Herrn Churfürſten zu Brandenburg anzuſtifften / ſondern auch mit denſelben auff zuvor habende Verſicherung E. Met. guter Freundſchafft zu einem ſämptlichen Friedenſchluſſe deſto forderlicher zugelangen / wolte alſo obgedachter Heyland gerne von mir vernehmen / was hierauff dem Biorenklou zu antworten wäre / der gleichwol Jhme auch angedeutet / wann Jchs mir nicht zu wider ſein lieſſe / daß Er hiervon gerne ſelbſt / wann Wir in tertio loco zuſammen kommen thäten / mehre Nachricht geben wolte;

Hierauff habe Jch mich dieſer vertraulichen Anzeige bedancket vnd hingegen vermeldet / daß E. Käyſ. M. nichts mehrers wünſcheten / als daß dieſes Pohlniſches Kriegesweſen ohne längern Verzug geſtillet / vnd ſonderlich alle gute Verſtändnus vnd Freundſchafft mit dem König vnd Cron Schweden erneuret werden möchte / allermaſſen auch Jhr Mayt. bey Jhrem Anweſen allhier nicht vnterlaſſen haben würden / hierzu alle möglichſte Beförderung zuerweiſen / wann nur mehrgedachter Biorenklou auff ſolche geſambt vnd durchgehende Friedens-Tractaten wäre inſtruiret geweſen:

Dieweil

Dieweil Er aber ſich deſſen entſchuldiget/ vnd auff dem beſtanden/ was ſein König den 17. May an Herrn Churfürſten von Maintz geſchrieben vnd auff Abführung der Oeſterreichiſche Völcker auß Pohlen getrungen hätte/ ſo aber zu nichts anders als zu einer Trennung angeſehen geweſen/ vnd hätten derentwegen E. M. ſich zu dergleichen particular Tractaten nicht einlaſſen können/ wäre mir auch einiger Befelich hiervon mit denen noch hier anweſenden Schwediſchen Geſandten etwas zu negociren nicht hinterlaſſen worden/ gleichwol hat mich hierbey nicht verantwortlich zu ſeyn bedüncket/ wann ich mich deß Biorenkleues ſelbſt eigener Anſprach gäntzlich verweigern ſolte/ habe mich alſo anerbohten/ wann er ſich Nachmittags à ſpaſſo auſſerhalb der Stadt an ein gewiſſes Ort begeben wolte/ daß ich mich daſelbſt auch einfinden vnd ſeine weitere Anzeige gerne vernehmen werde.

Als wir nun einander im Felde angetroffen/ hat er mir die vom Braunſchweig. Abgeſandten beſchehene Anzeige vmbſtändlich widerholet/ daß nemblich ſein König nichts mehrers verlangete/ als mit E. Kayſ. M. vnd Ihrem geſambten hochlöbl. Ertz-Hauſe alle gute Freundſchafft zuerneuern vnd beſtändig zuerhalten/ Er prætendirte auch an E. M. durch auß einige ſatisfaction nicht/ ſondern allein renovationem amicitiæ, vnd daß durch jhre Befürderung auch die Tractaten mit Pohlen zum Schluß förderlichſt möchten gebracht werden/ vnd ſeye die Intention nicht/ daß man allhier derenthalben ſondere Tractaten vornehmen ſolte/ ſondern allein/ daß ſein König E. K. M. guter inclination verſichert werden möchte.

Mit Pohlen wäre es nunmehr ſo weit kommen/ daß Sein König das Pohlniſche Hertzogthumb Preuſſen nicht an ſich zu behalten/ ſondern gegen einer Geld-Summa der Cron Pohlen wieder abzutretten begehrte/ darzu ſich auch der König in Pohlen vnd ſeine Senatores durch den Frantzöſiſchen Negocianten del'Ombres bereits erbieten laſſen; Der gantze Tractat ſtunde auff dreyen nachfolgenden Puncten: Erſtlich daß der König in Pohlen zwar ſeine Succeſſion an das Königreich Schweden gäntzlich zu quittiren/ erbietig/ aber mit dem Anhange 1. Daß alle wieder weylands Königs Sigiſmundi Decreta in Schweden ergangene Caſſationes ſolten revociret 2. Dem jetzigen König in Pohlen nur der bloſſe Titulus Regis Sueciæ ad dies vitæ gelaſſen/ vnd zum 3. verſtattet werden/ daß Er noch Sein Königlich Sigillum cum utriuſque Regni titulo, ſonderlich bey Schlieſſung der jetzigen vorhabenden Friedens-Tractaten gebrauchen möchte.

Dieſe 3. Poſtulata könte vnd würde der König in Schweden nicht nachgeben/ ſondern die renuntiatio & Caſſatio Succeſſionis & Tituli müſte zugleich per omnia ohn einiges reſervat eingegangen werden;

Zum 2. müſte Liefland dem Königreich Schweden verbleiben vnd wäre der vornembſte Streit wegen Curland/ diß Fürſtenthumb wäre ein pertinentz





tinentz deß Lifflands/ es ſolte aber anjetzo die Cron Pohlen Seiner über daſſelbige Fürſtenthumb bißhero gebrauchte Königliche ſublimitatem quittiren/ alſo/ daß dieſer Hertzog deſſelben abſolutus Dominus zuhalten; wann derſelbige aber ohne Männliche Leibes Erben todes vergiengen/ daß alsdann dieſes Fürſtenthumb als ein pertinentz Lifflands der Cron Schweden überlaſſe werden möchte;

Mit dem 3. Puncten ſtünde es in determinatione der angeforderten Geld-Summe vnd weil die Pohlen ſich wegen erlittener devaſtation dieſelbe alſo in bahrem Gelde zuerlegen beſchwereten ſo hatte Sein König ſich ſchon erkläret/ vor dißmal mit bahre Erlegung vier Tonnen Golds zu frieden zu ſeyn/ doch dergeſtalt/ daß für die noch hinterbleibende Summa/ wie man ſich deren endlich vergleichen möchten/ der Cron Schweden Marienburg cum ſuo circumjacente Palatinatu ſo lange/ biß die völlige Bezahlung erfolget ſeyn würde/ Pfandsweiſe in Handen gelaſſen werden ſolte.

Mit Churbrandenburg begehre Sein König ſich auch zuvergleichen vnd derentwegen nicht auffzuhalten von Ew Käyſ. Mayt. aber ſuche Sein König nicht anders als Freundſchafft vnd daß Sie die Tractaten mit Pohlen wolten befördern helffen/ damit die bald zum Schluß möchten gebracht werden:

Als ich jhn gefraget/ weil der Braunſchweigiſche Abgeſandter mir geſaget/ daß im angeregten Schreiben der König in Schweden ſich auch mit Ew. Käyſ. M. in eine alliance einzulaſſen erbietig wäre/ was das für einen Verſtand haben möchte? Hat Er geantwortet/ wann E. M. über kurtz oder lang zu einem König in Pohlen erwehlet/ oder Jhr ſonſt gewiſſe Plätze überlaſſen werden/ daß Sein König Jhrer Mtt. Sie dabey hierdurch mainteniren zu helffen gedächte/ doch vice verſa, daß auch dergleichen gegen Jhme geſchehen ſolte; Ferner ſagte Er/ daß in dieſe alliance wol auch Spanien könte gezogen werden;

Schließlich hat Er per diſcurſum referirt/ was Sein König vor Vrſach gefunden/ den König in Dennemarck wiederumb anzugreiffen/ nemblich daß derſelbe mit den Holländern heimbliche Verſtändnuß gemachet/ ſo bald der König in Schweden ſich mit Seiner Armada gegen Pohlen gewendet/ alsdann die der Cron Schweden durch jüngſten Friedenſchluß abgetrettene Land vnd Veſtungen wiederumb anzugreiffen vnd hinweg zunehmen/ welches dann nechſter Tage durch ein offentlich Manifeſt publiciret werden ſolte.

Auff diß alles habe ich mehrgedachtem Biorenklou nichts anders als was hieroben gegen den Braunſchweig. angeregt worden/ entgegen gehalten/ vnd ſolches/ weil hiemit beſchicht Ew. Käyſ. Mayt. allerunterthänigſt

zu referiren benommen/ Erwarte daruff deroſelben allergnädigſt befehlig/ in Jhren beharlichen Gnaden ꝛc. Franckfurt den letzten Auguſt. 1658.

S. Käyſerl. Mayt.

Allerunterthänigſt
gehorſamſter

Iſaac Volmar.

Lit. F.

# RESPONSUM

S R. M. Poloniæ &c. Dn. noſtri Clementiſſimi ex Se-
natus Conſulto Illuſtriſſio Dn. Franciſco de Liſola (tit.) Sac. Cæſ. Maj. a-
pud prædictam Maj. Regiam ablegato & ad tractatus Pacis Polono-Sveticis
Commiſſario Extraordinario datum in Caſtris ad Thorunium die
30. Decembr. 1658.

GRatiſſime *accipit Sac. Reg. Maj.* eam indefeſſæ voluntatis *Sac. Cæſ. Maj. declarationem in perſequendo hocce hoſte communi (Sveco,) quà armis, qua conſiliis,* ad æquam & tutam pacem adigendo; agitque ſingulares gratias *pro ea communicatione*, per miniſtrum ſuum hic degente *eorum omnium, quæ ad communem hanc cauſam* ſpectare dignoſcantur.

1. Quod ergò attinet pacem Moſchoviticam S. R. M. Rempublicamque omnibus ſtuduiſſe modis & mediis poſſibilibus, nullaſque illius cauſas æquas (imo etiam) ſi licuiſſet illam obtinere iniquiores reſpuiſſet conditiones: At quid egerint Moſchovitici hactenus Commiſſarii, quibus conditionibus, imò contentionibus obſtiterint ne concluderentur & ad deſideratum finem deducerentur tractatus, conſtare miniſtro S.C.M. non dubitat, S.R.M. præſtolantur S.R.M. Commiſſarii in illis oris, quo manifeſtius orbi fiat noſtrum pacis cum illo Monarcha ſtabilendæ ſtudium. Nec minus gratè accipit S R. Maj. eam *communicationem* contentorum Legationis Moſchoviticæ ad Sac. Maj. Cæſ. nuper Viennæ exhibitæ, tantoque magis gratiam *Sac. Cæſ. M.* habet, quo Aug memoriæ Imperator *P*arens ſuus, in tractatibus promovendis uſus fuerat, *in iiſdem negotiis minimum mediationis interponere velit:* quâ libentiſſime uteretur Sac Reg. Maj. niſi hoc ipſum moram tractatui quan-
tocius



tocius maturando iniicere poſſet, qui hucuſque reaſſumendus à noſtris Commiſſariis ſperatur. Hæc enim propoſitio gentem per ſe ſuſpicioſiſſimam in varias coiiceret opiniones; ſi vel minimam moram interponi videret tractatui; *eludi ſe potius, quam vere ſecum ag, exiſtimimantem*, ſi ad mediationem licet nobis deſideratiſſimam provocaremus. In quo vero res illius tractatus ſitæ ſint ſtatu, quanquam ſemper à Miniſtris *S*ac. Reg. Maj. id neutiquam celatum Illuſtriſſimum Dn. de Liſola, de iis quæ à *S*ac. Reg. Maj. Commiſſariis perſcripta fuerunt, ſi quando ſuper his requirebantur, tamen etiam ad præſens minime piget eadem repetere. Commiſſarii Moſchovitici, ultimo congreſſu, quem cum noſtris 24. Novembr habuerunt *cum redditionem integri Ducatus Lithuaniæ*, una & *electionem ſui Ducis in ſucceſſorem Sac. Reg Maj. poſtulaſſent*, nec ulla alia mandata à ſuo principali ſe habere proteſtati fuiſſent, cum cuncta ad hoſtilitatem ab illorum parte prona eſſe viderentur, nam & aciem inſtruxerant, ſolverunt ſeſſionem, accepta & data unanimi fide ubi ampliora à ſuo *D*uce accepiſſent mandata, ſe iterum ad tractatus redituros. Interea Magnificus ſupremus M. D. Lithuaniæ Theſaurarius & Campi-Mareſchallus, idemque Commiſſarius fide publica eaque jurata aſſecurata à Dolkucuſchi cæſus, captuſque & abductus eſt, ſic eluſi Commiſſarii *S*ac. Reg. Maj, miſere ablegatum, qui ratione captivitatis ſui Commiſſarii ageret, ſimulque ſciſcitaretur, de tempore & loco reaſſumendi tractatus. Hic ablegatus, quid reſponſi laturus, expectat Sac. Reg. Maj. atque ex hoc metietur inclinationem Moſchorum ad pacem de eoque & omnibus Illuſtriſſimum Dn. Ablegatum Sac. Maj. informari jubebit.

2. In tractatu Svetico nihil non maturè expendere conſuevit Sac. Reg. Maj. *nec quidquam ſine ſcitu ſuorum colligatorum acturum ſeſe proteſtatur*, quanquam eandem accelerari ſummè rebus *R*egni ſui attritis, deſideret tot enim oneribus Bellorum videns fatiſcere provincias, non poteſt non miſereri populi ſibi ſubjecti. Quapropter ut hoc negotium communi conſilio reſtituatur & promoveatur *ne & hoſtis* (Svecus amplius cavilletur apud Principes *E*uropæos, *præſertim verò Sac. Rom. Imperium per Sac. Reg. Maj. ſtare quo minus à tanto tempore procuratum ac ſollicitatum pacis negotium deducatur ad effectum*, deſiderat Sacræ Regiæ *M*aj. & unice exoptat celebrare conventum, una cum colligatorum miniſtris ad hunc actum ſpecialiter deputatis idq; Thorunii ad primos dies *M*artii, tunc temporis propoſitis ab utrinque, quidquid è re communi viſum fuerit, & unanimi conſilio circa eundem tractatum decerneretur, *& ſi bello res ulterius proſequenda commodior viſa fuerit, peculiari fœdere ad illud fœderatos ad invicem copulari.* S.R. *M*aj. optat, ne *uni* magis incumbat hocce onus, quàm *alteri*, ſed ut æqualitate ſervata, tam ex *commodis*, quæ è bello *D*eo auſpice provenire po-


terunt

-cerunt quam etiam *incommodis* , quæ ſecum Bella ferre ſolent ex æquo qui-
libet participet. Ad hunc congreſſum invitat cumprimis *S. C. M. uti prima-
rium ſuum colligatum S. R. M.* ſecundario Sereniſſimum Electorem Bran-
deburgicum, eaque de cauſa expedit ad eandem Serenitatem Electoralem
Ablegatum, qui eam deſtinationem S. R. M. denunciabit, & ad eundem con-
greſſum S. Electoris Legatum plenaria facultate inſtructum expetet cum ſi-
mili poſtulato ad Ord. fœd. Bel. S. R. M. uti mediatores ſuos mittere deſti-
navit ut per ſuum Legatum adeſſe quoque huic congreſſui velint. *Tum tem-
poris videre licebit Svecorum molimina verene an ficte pacem velint* & omni-
bus maturè expenſis è communi ſententia ſtatuendum de hoc tractatu *vel* ul-
terius promovendo *vel* eodem reſcindendo. Seriò itaque voluit inculcari
S. R. M. Dno, Ablegato S. C. M. ut ſuam Mtem. de hujuſmodi intentione,
quam citiſſimè reddere velit certiorem. Eo temporis omnia præliminaria
componi & determinari poterint, ratioque certa tractatuum ad invicem iniri
ac ipſi demum *ſecuritati*, quæ tutam hanc pacem reddat, cum S. R. M. tum no-
ſtris colligatis, ab hoc hoſte provideri.

3. Statui Ser. Daniæ Norwegiæque Regis conſulere, à ſua parte deeſſe nō
velle. S. R. M. dummodo idem alii colligati fecerint, de quo pariter congreſ-
ſu inſtituendo eundem S. Daniæ Regem certiorem fecit per Ablegatum ſuum
itidem reſidentem, nullum intermittere officium volens S. R. M. quo amico
& vicino principi apprimè non commodet, minime ignorans quantum in-
terſit omnibus colligatis ne injuriis Svecorum dictus Monarcha pateat ſitque
ſubjectus.

4. Quoad defectus in Inſtrumento Plenipotentiarum illi in ipſo congreſſu
examinabuntur, tanto diligentius, quanto majori ſtudio in id incumbent,
quorum interſit ſua omni diligentia præcavere nihilominus de his in præſens
agi poſſe ut corrigantur.

Jam quoad permutationem inſtrumentorum qualis placuerit modus. S. C.
M. in eum S. R. M. condeſcendat dummodo effectus dictos ſæpe tractatus
ſequatur.

5. Mediationi Gallicæ ſemel acceptatæ renunciare non poteſt S. Reg. Maj.
quâ tamen uti, vel non poſſe uti arbitrium S. Cæſ. Maj. eſto cæterum priori-
bus reſponſis hac de re contenta eſt S. R. M.

6. Titulum potentiſſimis ſemper Regibus Pol. ab omnibus Orbis Chriſtia-
ni Dynaſtis & ab ipſis cumprimis Sereniſſimis Romanorum Imperatoribus
dari ſolitum S. R. M. non uſurpare proterve ſed uti conſuetum repetere. Eun-
dē Ser. Hungariæ & Bohemiæ Regibus ex ſanguine præſertim Auſtriaco de-
ſcendentibus à quo ſe meminit maternum genus trahere libenter daturum.

7. Circa conſervationem Exercitus C. Maj. quod attinet hanc curam
præcipuam S. R. M, hactenus fuiſſe, eumque hybernis ſufficientibus provi-
diſſe,



diſſe, aſſignatis eidem duobus Palatinatibus Lanciciensi & Ravenſi quos ca-
lamitatibus hactenus belli non adeo obnoxios fuiſſe novit S. R. Maj.

Ad mandatum S. R. Maj. proprium.

Lit. G.

QVandoquidem Expoſitio Cauſarum renati belli Sveco-Danici & proli-
xior eſt, quam ut huic Memoriali poſſit, & in variis Germaniæ locis pu
blicata proſtat; ideo benevolus Lector, qui lectionem ejus deſiderat, ad il-
las editiones remittitur.

Lit. H.

## Durchleuchtiger Hochgebohrner Fürſt / gnädiger Herr.

EWer Fürſtl. Durchl. werden vorhin gnugſam vernommen haben /
was Geſtalt auff Käyſ. vnd Brandenb. Seyten der vornembſte
prætext jhrer wider J. K. M. zu Schweden meinen allergnädigſten
König vnd Herren / ergriffener feindlicher Waffen / dahero vorgeſchüttet
werden wil / daß nemblich bey dem jüngſt wieder entſtandenen Dähniſchen
Kriege das Hertzogthumb Hollſtein / als ein Mitglied deß Römiſchen Reichs /
vff Schwediſcher Seyten nicht verſchonet / ſondern allerhand feindliche at-
tentata darrinnen verübet worden / geſtalt dann der Käyſerl. geheimer Raht
vnd Abgeſandter Herr Volmar ſolches nicht allein hin vnd wider gar hoch
auffgemutzet ſondern auch abſonderlich Jhrer Churf. Gnad. zu Mayntz / vff
Befehl ſeines allergnädigſten Käyſers daſſelbe neulicher Zeit ſchrifftlich vor-
getragen / wie E. Fürſtl. Durchl. ab deſſen ſub lit. A. hierbey gelegten propo-
ſition mit mehren zu erſehen geruhen wollen. Nun haben Jhre Kön. Mtt.
vermittelſt dero Schreiben de dato 23. Auguſt. im Hauptquartier vor Copen-
hagen allergnädigſt zu wiſſen gethan / welcher Geſtalt Sie vorlängſten reſol-
viret hätten / auch annoch geſinnnet wären / obgemeldtes Hertzogthumb Holl-
ſtein in Ruhe vnd Sicherheit vnangefochten zu laſſen / daferne die Vnterſaſ
ſen vnd Angehörige deſſelben ſich nur biß zum Außgang deß Krieges zwiſchen
Schweden vnd Dennemarck vnter Jhrer Fürſtl. Durchl. zu Gottorffs pro-
tection vnd Schutz ergeben wolten. Ob nun daſſelbe der Hollſteiniſchen
Regierung vnd den Landſtänden mag vorgetragen worden / vnd zu welcher
Zeit / ob es vor oder nach denen in Hollſtein vorgegangenen rencontren ge-
ſchehen ſeyn / vnd was Sie ſich etwan darauff erkläret / davon hat man allhie

 gäntz

gantz keine weitere Nachricht/ weilen aber dieſelbe bey jetziger Zeit hochnöhtig/
inſonderheit im Fall beyder Reichs Deputation von dieſer Sache etwas vor-
fallen ſolte/ vnd der Pommerſche Geſandter information vonnöhten haben
würde; Als habe bey meiner jetzigen bevorſtehenden Abreyſe von hinnen na-
cher Stade/ nicht vmbhin gekönt/ Ew. Fürſtl Durchl. hiemit gebührend zu
erſuchen/ Ewr Fürſtl. Durchl geruhen hiervon apertur vnd Nachricht zu ge-
ben/ damit man aller Orten denen wiedrigen Spargementen gebührend be-
gegnen/ vnd behuffige remonſtration dawider thun könne. Wormit rc.

Ewr Fürſtl. Durchl.

Franckfurt am Mayn/
den 12/ Octob. An. 1658.

Gehorſambſter
Diener

M. Biörenklou

Copia Schreibens

An

Deß Herrn Pfaltzgraffen von Sultzbachs
Fürſtl. Durchl.

Von

Herrn Præſidenten vnd Legaten Biörenklou.

Lit. I.

## Hoch-Edler Herr Præſident.

DEß Herrn Præſidenten beliebiges vom 12. Octob auß Franckfurt
iſt mir erſtlich geſtern allhie nebſt den Beylagen eingehändiget wor-
den/ erſehe daraus welcher Geſtalt jhm beliebet/ von mir informiret
zu ſeyn/ über die Actionen/ ſo bey reaſſumirung dieſes jetzigen Dähniſchen
Kriegs in Hollſtein vet über worden; Jch wolte wünſchen/ daß ich meine Cantz
ley-Acta gegenwärtig bey mir hätte/ damit ich jhme mein journal was täglich
paſſiret/ communiciren könte: Jn Ermanglung deſſen aber weil ich ſehe/ daß
gegen die vngegründeten relationen es nöhtig ſey meinem Herrn Præſidenten
ſo viel mir in der Eyle beyfällt/ einige information zu geben; Berichte dem-
ſelben/ daß nachdem Jhre Mayt. mein gnädigſter König vergangen im Aug.
ſich wiederumb reſolviren müſſen wegen Dähniſcher Seyten denegirter Sa-
tis-



tisfaction über das Inſtrumentum Pacis, auffs neue Dennemarck zu verſi-
cherung ihres Eſtats mit dero Waffen zur raiſon zu bringen/ haben ſie ſich
mit denen in Hollſtein die gantze Zeit über geſtandenen Trouppen daſelbſt biß
ferner gnädigſte Ordre zu ſubſiſtiren/ vnd der Dähniſchen Milice vnd Guar-
niſonen actionen zu obſerviren/ hinterlaſſen. Neben dieſem iſt mir auch
von höchſtgedachter Mayt. meinem gnädigſten König abſonderlich Befelh
gegeben worden/ alſo fort nach dero Abreiſe mich zu Jhr Gn. dem Fürſten
von Hollſtein als zu Jhrem Herrn Schwieger-Vater zu erheben/ vnd deroſel-
ben reſolution gegen Dennemarck deſſen Vrſachen weitläufftiger zu entde-
cken/ neben dem auch deroſelben zu teſmoigniren die Vorſorge ſo ſie ſo wol
vor ihre Perſon als dero in Gemeinſchafft mit Dennemarck mit beſitzenden
Lande trugen/ auch zugleich Vorſchläge zu thun/ welcher Geſtalt Jhre Mayt.
ſie gerne auß dieſem Werck diſintereſſiret vnd in Ruhe gebracht ſehen möch-
ten: Dieſes deuchte Jhre Mayt am füglichſten dergeſtalt/ daß Jhr Gn. der
Hertzog belieben möchte die geſambten Stände vnd Lande in dero Protection
zu nehmen/ auch die Stände ſuchen dahin zu vermögen/ daß ſie ſelbiges acce-
ptiren möchten/ Jhre Mayt. erböhten ſich in reſpect dero Herrn Schwieger-
vaters über die ohne daß avocirte 10 Regimenter zu Pferde noch mehr auch
woll nach geſtalten Sachen das gantze Corpus abführen zu laſſen: Jhre Gn.
der Hertzog haben dieſe meine Propoſition mit ſchuldigem vnd erkändlichem
Danck angenommen/ auch alſofort dero Land-Rähte jhnen dieſe zu jhrer
avantage reichende intention mit beweglichen Worten remonſtriret/ vnd glei-
ches ihren Mitconſorten von Dähniſcher Regierung vorzutragen in com-
miſſion abgeſchicket. Es hat aber dieſe propoſition bey den übrigen Stän-
den nichts faſſen wollen/ ſondern haben zu aller Antwort wieder faſſen laſſen/
daß weil ſie Dähniſcher Seyten mit Eyde verpflichtet wären/ Sie ſich vor
Außgang dieſes Krieges zu nichts dergleichen reſolviren könten. Mitler
Zeit habe ich meines Orts auff gnädigſte Beliebung meines gnädigſten Kö-
nigs auch nicht ermangelt/ ſeparatim auch einen vnd den andern von dem vom
Adel Jhrer Mayt meines gnädigſten Königs gnädigſte intention gegen Sie/
vnd daß dieſe continuirende Vnruhe nicht zu ihrer oppreſſion gerichtet/ ge-
nungſam inſinuiret/ auch denen übrigen denen ich ſolches nicht andeuten kön-
nen durch ſie zu comuniciren gebehten/ dabey auch eingerahten/ nicht von den
Jhrigen zu weichen/ mit der Verſicherung/ das welche ſich nicht würcklichen
dieſes Weſen miſchen würden/ von Jhrer Mayt. meines gnädigſten Königs
mir anvertrauten Waffen nichts zu apprehendiren hätten; habe auch wegen
ſubſiſtence vorgedachter Milicie ſo gelinde mit Jhnen contrahiret/ daß es
faſt genaw damit zu leben geweſt; Es iſt auch niemand geattendiret worden
wie von dem Herrn Volmar außgeſprenget worden/ als daß Herr Gen Major
Clauß von Ahlefeld/ ſo annoch in würcklichen Dienſten Herr Goſche von
Buch-

Buchwaldt als Kriegs-Raht vnd nachgehens der Obr. Heinrich Seeſtädt welcher gleichſamb zu mir getrungen/vngeachtet ich Jhm vormals ſchon frey geſprochen vnd in terminis terminantibus zu bleiben zum öfftern erſuchet/auch durch ſeine Freunde dazu ermitteln laſſen. Vbrigens iſt vnläugbar/ vnd hätte ich auch der raiſon gemeß/ daß ich auch das Eberſteiniſche Regiment zu Fuß zu gleicher Zeit auffheben laſſen/ vnd hätten Sie billich in beſſerer Vorſichtichkeit ſtehen ſollen; Die Vns übel zugedacht vnd wie die intercipirte Brieffe weiſen; præjudicirliche deſſein gehabt haben. Dieſes mit kurtzem habe zu deß Herrn Præſidenten vergnügen wieder antworten wollen / vnd befehle demſelben Göttlicher protection.

Deß Herrn Præſidenten

Foburg den 15 Decemb.
Ao. 1659.

Dienſtwilliger vnd
ergebener

Phillipps Pfaltzgraff.

Lit. K.

## Excerptum ex ſcripto quodam hactenus inedito de Mandatis Avocatoriis.

MAndatata Avocatoria non levis momenti atque præjudicii res ſunt, eaque non niſi juxta leges juſteque & neceſſario decerni Imperii omniumq; & ſingulorum ejus ſtatuum civiumque maximoperè intereſt. Multum quippe periculi, odii, moleſtiæ, curæ, & laboris ex illis perperam publicatis ad hos redundat. Vt potiſſima ſaltem ex iis referamus, quæ Principum Imperii circa illa intereſſe inſignis documenta eſſe queunt : intenditur Primò per illa quædam ad uſum & effectum decretis præſtandum Statuum obligatio, cujus viteneantur exequi & propugnare, quæ illis continentur, quâ ſine alias invalida & inania forent. Secundò certum inde in ſtatus Imperii ſi talium participes aut patientes ſint, exoritur eorum, adverſus quos ſtringuntur odium, & cum exercere licet vindicta, dum tam odioſis proceſſibus laceſſiti & velut hoſtes Imperii declarati non poterunt non cavendi, repellendi vindicandi media cogitare & amplecti contra id, quod obtenditur Imperium, atque nomine ejus facit Imperator, nec poſſunt non Status, ſi non impediunt, reddi obnoxii. Tertiò libertas Statuum & ſubditorum, per quam ab anti-



antiquo licet Dominis, qui placent, domi foriſque ſervire, arbitrii Imperatorii eſſe incipit, poſt illa publicata non integra magis, quàm antea ſui Juris, cum deinde non obtemperare ſine periculo aut metu non ſit integrū. Quartò ordines Imperii iſti Cauſæ, cujus gratia decernuntur Mandata ignorantes cœco velut impetu miſcentur. Id quod privati ægrè admittunt, ex alieno facto, periculum & incommodum quodvis defugientes, naturalia Jura non permittunt, per quæ alteri per alterum iniquam conditionem inferre non licet. Quintò cum talia ferè ſint manifeſta ſtudia pro eorum parte, in quo arma moventur adverſus eos, à quibus fit Avocatio, derivationes armorum in Imperium, cujus poteſtas obtenditur exiſtere ſolent, per quas Status & ordines alienis negociis implicantur & in bella, quæ alias ſine ſcitu & aſſenſu ſuo inchoari non debent, ex lubitu Imperatoris facile incidere queunt. Sextò, ſunt eorum, poſtquam publcantur non levia onera, quæ Statibus Imperii impendent, quibus inde incumbit, affixio, Inquiſitio, executio, in ſuos rigor, & pœna edictis par, donec effectu potiantur, quorum quidquam ſine ſe in ſuo & in ſuos ſibi præſcribi ordines Imperii dignitati atque libertati ſuæ incongruum ſemper exiſtimarunt, ideo per Leges fundamentales nihil Imperatori niſi cum ſuis ſuffragiis datum voluerunt. Septimò, præter moleſtias non pauca & parva afferunt pericul-. Ab Imperatore ſi quid negligitur, vel non ſuccedit, gravior, quam ubi diſſentitur, indignatio; ab his queis nocetur ultionis ſtudium, ab iis qui avocantur metus & motus; cum talibus queis diſplicet ſic agendi ratio, diſſidia; à nemine gratia, ubique de non curatâ ſatis libertate ſiniſtra judicia. Octavo, latet in iis modus & arcanum Ordines in odium, rixas, & contentiones cum inter ſe, tum cum exteris præcipitandi, eoſque à favore, auxilio & benevolentiâ, qua pro libertste & ſaiute aliquando egent privandi, ut inviſi & derelicti, arbitrio pleniori ſubiiciantur. Nonò eſt indè grave præjudicium Ariſtocratico imperandi modo, cui velut fundamento Germaniæ libertas innititur, & in minimo non obſervatus præbet ad alia faciles & in ſervitutem proclives Conſequentias. Decimò ſunt ex arbitrio avocandi Imperatori permmiſſo omnia Statum, quæ milite & armis agenda ſunt, in ejus arbitrio. Avocatoriis enim exarmare licet, ſi iis obedire opus eſt: Inanía inde Statuum præſidia, munimenta, fœdera, aut certè in alienâ poteſtate, cui Avocatoriorum quægam citra communes leges poteſtas permittitur. Vndecimò quæ ex iis imminent ac



metu-

metuendæ ſunt inquiſitiones, accuſationes, prætextus, Condemnationes, pœnæ maximæ, in quo per iſta omnes verſantur, periculi ſunt documenta.

Lit. L.

## Extract-Schreibens Ihrer Königl. Mayt. zu Schweden/ an dero Legatum Herrn Matthiam Biörenklou de dato Cronenburg/ den 14. Aprilis Anno 1659.

Sonſten zweiffeln Wir nicht/ Ihr werdet gleichfalls nach Einhalt Unſer vorigen Schreiben vom 21. paſſato den Unfug der/ wider Uns publicirten Advocatorium uffs beſte remonſtriren/ und weilen Wir vernehmen/ daß der Churfürſt von Brandenburg mit deren unrechtmäſſigen Vollſtreckung ſchon in ſo weit herauß gebrochen/ daß Er deß Feldmarſchal/ Königmarcks/ und aller anderen Unſerer Miniſtri Güter und Eigenthumb/ ſo unter Seiner Botmäſſigkeit gelegen/ confiſciret; So werdet Ihr demnach mittelſt einem Memorial den geſambten Ständen ſolche deß Churfürſten dem Friedenſchluß zu wiedern lauffendes procedere vor Augen ſtellen/ dieſelbe daß Sie den Churf. von ſolchem wieder Uns vornehmenden offenbahren Feindſeligkeiten/ ſo lieb Ihnen iſt Friede und Ruhe im Röm. Reich zuerhalten/ abmahnen/ oder ſich auch nicht befrembden laſſen/ daß im Fall der Churfürſt daß den Unſerigen im Röm. Reich abgenommene nicht reſtituiren/ und ferner/ wie Er bißher gethan verfahren ſolte/ Wir auch ein oder andere Weyſe unſere revenge ſuchen dürfften; und könnet Ihr da Ihr dieſe remonſtration bey den Ständen ohne effect zu ſeyn verſpühret/ bey denenſelben mit einer proteſtation einkommen/ daß Wir von allem darauß herrührendem Unheil vor Gott und der Welt entſchuldiget ſeyn wollen; Umb Euch aber wegen deß Colberger Schiffes/ wovon der Churfürſt hin und wieder ſo viel Wercks gemachet/ zu informiren/ ſo iſt daſſelbe im Herbſt nebſt viel andern Schiffen zu Lands Cron anhalten/ nicht zu dem Ende/ daß Wir es confiſciren/ beſondern nur allda ſo lang bleiben laſſen wollen/ biß es ſicher Coppenhagen vorbey und nicht allda zu Unſerm Nachtheil uffgebracht werden möchte/ dann man damahln alle Schiffe/ ſo ſelben Ort vorbey gangen/ eingeholet/ der intention ſich derſelben zu überholung der Allyrten Trouppen zu bedienen; Und iſt auch ſelbes Schiff ſchon unlängſt wiederumb loß gegeben/ daß alſo der Churfürſt ſolches zu beſchönung ſeiner feindlichen attentaten nicht anzuziehen/ oder Uns deßfalls zu beſchuldigen/ vielmehr hätten Wir ja wol billicher Fug und Urſach gehabt/ wegen der in der Pillau ohne Unter-

ſcheid



ſcheid hinweg genommene Schiffe und Güter/ ſo Uns und den unſerigen zugeſtanden/ hieſelbſt als gleichfalls einem auſſer dem Röm. Reich belegenen Unſerer Botmäſſigkeit aber unterworffenem Orte Unſern regreſs zu ſuchen.

Lit. M.

## Carl Guſtaff von Gottes Gnaden/ der Schweden/ Gothen und Wenden König/ Groß-Fürſt in Finland/ Hertzog zu Schonen/ Eheſten/ Carelen/ Brehmen/ Vehrden/ Stettie/ Pommern/ der Caſſuben und Wenden/ Fürſt zu Rügen/ Herr über Ingermanland und Wißmar: Wie auch Pfaltzgraff bey Rhein/ in Bayern/ zu Gülich Cleve und Bergen Hertzog.

Unſern gnädigſten Gruß und geneigten Willen zuvor/ Wohl-Edler Veſter beſonders Lieber Getreuer; was für einigen Monahten vom Käyſerlichen Hoffe auß in das geſambte Römiſche Reich für Advocatoria und Inhibitoria Mandata außgegeben worden/ und wie auch dieſelbe ſich anders als gegen Uns und unſere Cron nicht wol expliciren laſſen/ davon habet Ihr ſonder Zweiffel genugſam Nachricht/ und haben Wir bißhero damit umb etwas in Ruhe geſtanden/ weilen es das Anſehen gehabt/ daß gleichwol berührte Mandata in ziemblichen generalen Terminis beſtunden/ und ohne das bey denen mehreſten im Römiſchen Reich wenig Beyfall erlangen. Nachdem Wir aber ſeythero die Erfahrung haben/ daß nicht allein die Generalität bey der Käyſerl. Armee/ ſondern auch der Churf. zu Brandenburg die Sache uff Uns ipſo actu expliciret/ indeme Sie auff das vermeinte fundament ſolcher Avocatorien/ diejenige von denen Unſerigen die ihnen bey einiger Zeit in die Hände gerahten/ nichts als Kriegs-Gefangene/ ſondern als Aechtere deß Reichs zu touchiren und ohne einige Erlaſſung/ es ſey dann auf anderwärtige deß Römiſchen Käyſers Befehl/ auffzuhalten ſich unterſtehen; andern nicht weniger/ die in unſern Dienſten ſtehen/ an poſſeſſion und Gütern ſo weit Sie dieſelbige erreichen können/ würcklich gefähren. Als achten Wir der Nothdurfft zu ſeyn/ daß Ihr die weit außſehende Sache/ da Wir nicht anders als pro hoſte Imperii publico von Oeſterreich und Brandenburg durch dergleichen Mandata die eine denuntiationem belli mit ſich führen wollen/ einſeitig declariret werden/ deß Herrn Churf. zu Mayntz Ld. und daß bey der annoch zu Franckfurt anweſenden Reichs-Deputation ſolcher



Geſtal-

Geſtalten remonſtrirt, vñ daß vnſere Sache mit aller dienenden proteſtation der maſſen verwahret/ damit Wir künfftiger Zeit bey dem Römiſchen Reich entſchuldiget ſeyen/ wo Wir vns genäſſiget ſehen/ dergleichen violentien vnd Zunöhtigungen auff andere Weyſe von Vns abzuwenden. Verſehen Vns deſſen/ vnd ſeynd Euch ſchließlich mit Königlichen Hulden wol beygethan. Datum Cronenburg den 21. Martij. Anno 1659.

Vnſerm Præſidenten in Vnſern Hertzogthumben Brehmen/ vnd Vehrden/ Hoff-Raht/ vnd jetziger Zeit an die Chur- vnd Fürſten deß Reichs verordnetem Legato, auch beſonders lieben Getreuen/ dem Wohl Edlen vnnd Veſten Matthias Biörenklou, zu Ettinenhoff/ Wanneſtadt vnd Tißlingen Erbgeſeſſen.

Lit. N.

## Hoch-wolhgebohrner Herr Graff/ auch Wohl Edle.

Deß Herrn Graffen Lb. vnd meinen vielgeehrten Herrn kan Ich hiemit nicht verhalten/ wie daß Jhr. Ch. Durchl zu Brandenburg ꝛc. Meinem Hertzgeliebten Ehe-Herrn vnd Gemahl/ dem Herrn Graffen vnd Feld-Marſchalck ꝛc. deſſen in der Graffſchafft Ruppin in der Marck Brandenb. belegenes/ vnd vnſern Söhnen zum Beſten für bahr Geld von dem Geſchlechte der Winterfelden erkaufftes Ambt vnd Lehen-Guth Neuſtadt auß dieſen Vrſachen/ daß der älteſte Sohn/ Graff Churt Chriſtoff Königsmarck in Jhr. Kön. M. zu Schweden/ vnſers allergnädigſten Königs vnd Herrn Dienſten ſich befindet/ vnd denen Churfürſtl. ergangenen avocatoriis keine Folge geleiſtet/ ohnerhörter Sache confiſciret vñ dero geheimbten Krigs Raht vnd Feld-Marſchalln/ Herrn Otto Chriſtoff Freyherrn von Sparren vnſern beyderſeits nahen anverwandten damit hinwieder beneficiret vnd begnadiget/ welche auch bereits immittiret vnd die poſſeſſion/ alles beſchehenen ſupplicirens vnd proteſtirens ohngeachtet/ erhalten/ die Königsmarckiſche Bediente licentiret/ die Vnterthanen jhrer Pflicht erlaſſen/ ſelbige von neuen beäydiget vnd vermittelſt deſſen mit ihrer Schuldigkeit an jetzgedachten Herrn Feld-Marſchalln verwieſen; Nun ſtelle dahin/ wie weit Jhro Churfürſtl. Durchl.



Durchl. vorbeſagte meines Sohns Schwediſche Kriegs Dienſte (worin derſelbige doch bereits ſich gebrauchen laſſen/ da Jhr Kön. Mayt. vnnd der Churfürſt noch Freunde vnd confœderiret geweſen) etwas zu ahnden befriediget zu ſeyn erachten möchten/ vnterdeſſen aber iſt gleichwol bekandt/ daß derſelbe noch zur Zeit directò wieder Jhr Churf. Durchl. nicht gedienet noch meines Wiſſens ſich gebrauchen laſſen/ vnnd wann gleich ſolches geſchehen ſeyn/ vnd dieſer dardurch die Lehen verwürcket haben möchte/ ſo doch annoch res altioris indaginis vnd cauſæ cognitionem requiriret, nicht aber ſich gebühret hätte/ wieder Jhn als non citatum, non auditum, non defenſum, abſentem & planè inſcium beſchehener Maſſen zuverfahren vnd ab executione anzufangen/ So iſt doch mein Herr vnnd Gemahl/ weilen derſelbe leyder! ſchon ins dritte Jahr in deß Feindes Händen vnd Gewalt geweſen/ vnd mit gegenwertigen Coniuncturen gar nichts zu ſchaffen/ vielweniger der jüngſte Sohn vnd reſpectivè Bruder Graff Otto Wilhelm Königsmarck ſo gar mit keinen Kriegs-Dienſten zuthuende/ ſondern ſtudirens vnd peregrinirens halber in Jtalien ſich auffhält/ hieran vnſchuldig/ derowegen nicht ſehe/ auß was rechtlichem Fundamente dieſer/ welcher mit ſeinem Bruder an beſagtem Ambte vnd Lehen-Gute zu Neuſtadt das Jus ſimultaniæ inveſtituræ vnd alſo die geſambte Hand vermöge deß Kauff vnd Lehen-Brieffes erhalten/ davon ſo gantz ohnverſchuldet verſtoſſen vnnd weggewieſen werden könne/ welches ſo wol denen beſchriebenen Lehen/ als gemeinen Rechten diametraliter zuwieder/ welche außtrücklich vermögen/ grave eſſe & non ſolum legibus ſed & naturali æquitati contrarium, pro alienis debitis alios moleſtari, Et iniquiſſimum, ut alieno odio alius prægravetur. Nec filius pro Patre, nec Pater pro filio multo minus fratre, nec Pater pro filio multo minus frater pro fratre tenetur: Unusquiſque enim ex ſuo admiſſo ſorti ſubjiciendus, Ibique pœna eſſe debet ubi noxia eſt. Als aber bey Jhr. Churf. Durchl. ſothane vnd dergleichen beſchehene remonſtrationes ſeithero nichts verfangen mögen/ ſo habe für nöhtig erachtet/ nicht allein an die Königl. Schwediſche Herrn Abgeſandte zu Franckfurt vnd Hildesheim zuſchreiben/ ſondern auch die Herrn zugleich zuerſuchen/ Sie belieben abgelaſſene Brieffe mit einer vnbeſchwerten recommendation-Schrifft zu ſecundiren/ vnd dahin großgünſtig zu befürdern helffen/ damit Jch forderſambſt das vorgenommene Ziel erreichen möge/ ob etwan Jhro Churf. Durchl. annoch zu milltern Gedancken bewogen werden/ vnd das Neuſtädtiſche Weſen ohne fernere Weitläufftigkeit hinwieder in vorigen Stand zuſetzen geruhen möchten/ welche hierunter verſpührende zuverläſſige faueur mein Ehe-Herr vnd Söhne vmb die Herren ſampt vnd ſonders in begebenen Fällen hinwieder zu demeriren Jhnen werden

den angelegen ſeyn laſſen / vnd Ich verbleibe nechſt empfehlung Göttlicher Obhut.

Deß Herrn Graffen Lb. vnd meiner
vielgeehrten Herrn

Hamburg den 19. Aprilis
Anno 1659.

Ehrn Dienſt- vnd
bereitwillige

Maria Agatha Gräffin
zu Weſterwyck.

An
Die Königl. Schwed in dem Hertzogthumb
Brehmen vnd Vehrden wolverordnete Herren Vice Gouverneur Cantzler vnd Rähten.

Lit. O.

## DECLARATIO
## S. R. M. Sueciæ de propenſione ſua in pacem univerſalem.

PErvenerunt in manus S. R. M. *Sveciæ* exemplaria duarum declarationum per Ablegatum Extraordinarium S. Reip. Angliæ, quæ emanatæ perhibentur à parte *R*egis Daniæ, poſtquam Celſi & Præpotentes D. D. Ord. Generales Uniti Belgii, vigore ejuſdam tractatus Hagæ Comitis ad promovendum inter hæc Septentrionalia Regna ſecuram pacem initi; per ſuos miniſtros de animorum reconciliatione & bello in his partibus ſopiendo, uti fertur, non nulla propoſuiſſent. Ex quibus declarationibus ſatis luculenter perſpicere licet, quam invitis auribus animiſque pacis voces à Danis acceptentur, dum quævis obtentui quærentes, aliena ab hoc bello Danico, adeoque aliarum gentium controverſias, quæ cum hoc ſeptentrionis negotio nihil commune habent, admiſcere conantur; Interim ne pacis nomen planæ horrere culpentur, pro conſilio reperiunt rejicere tractatum ſpecialem à dictis Belgicis Miniſtris propoſitum, tanquam eum per quem *S. R.* M. Sveciæ injuſtas expoſcere conditiones liceret, ac Univerſalem in *S*peciem ſubſtituere, utpote communi commerciorum & navigationis uſui libertatem & ſecuritatem majorem redditurum & conſervaturum. Quanquam nunc hiſce latebris facilè oſtendant Dani peritioribus & alienorum eorum à pace animum & ſe cauſis externis ac ad ſe nihil pertinentibus ita implicari velle, ut non



non ſuæ amplius poteſtatis eſſe ſe profiteantur, nedum ut pacis negotium pro voto accelerare valeant, atque culpam in *S.* R. M. obliquè derivare injuſtà tentent; tamen efficiendum putavit S. R. M: *S*veciæ, ut luculentius omnibus appareat ne hac quidem *D*anorum exceptione & declinatione à ſalutari pacis propoſito, quod jam diu ſerio urgebat, ſe dimoveri poſſe; Etenim Univerſalis tractatus,, quem illi tantopere ſectantur, ac procul à rationibus & mente S.*R*.M. recederer forſan opinantur, non ita longè abit à ſententia S.R.M. ut eundem, ſi ex candido & ſincero pectore proficiſci intelligatur, ac media & modus exhibere poſſunt, quibus & maturè incipiat ac ad finem & executionem ſine plurium rerum, partiumque ſupplantatione, & vicinorum populorum incommodo deduci probetur, planè damnet, quin potius exiſtimat S.R.M *S*veciæ ſic ſe comparaſſe jam diu in pacis negotio, ut rerum non imperiti facilè judicare poſſint de ſingulari S.*R*. M. in eam propenſione; utpote quæ ſollicitè & omnibus modis pridem teſtatum relinquit, nihil ſibi eſſe vel prius vel antiquius, quàm ut cum omnibus ſuis hoſtibus fidam amicitiam reſtaurare queat. Et ſubeſt cauſa cur per omnia eandem deſideret & optet, inſurgentibus adverſus Eam tot ſimul hoſtibus; ut niſi ſub Divino pugnaret favore, haud ulli veriſimile videretur Eam ſolam tot ingruentibus viribus tantoque tempore reſiſtere potuiſſe. Igitur inter ea media quæ uſus & neceſſitas temporum reperire cogit, S.R.M. Sveciæ ſemper collocavit æquam transactionem & ſinceram cum omnibus inimicis amicitiæ & bonæ rurſus correſpondentiæ revocationem, eoque conſilia direxit ſua, ut appareat æquos judices & à partium ſtudiis alienos nihil habituros eſſe, quod in pacis ſtudio à parte S. R. M magnoperè deſiderarent, id quod conciſo adhuc ordine & ſtilo facilè monſtrari poſſet. Etenim quantum ad Imperatorem Romanum non poteſt non conſtare univerſo imperio Rom: adeoque aliis rerum in Europa notitiam aliquam habentibus, quantas S. R M. impenſas diligentiamque ſemper fecerit, ut pax Oſnabruggis & Monaſterii concluſa, ſarta, tecta illibata conſervetur. *P*ervidit equidem *S. R* M. quæ patrata tentabat Ferdinandus Tertius dum viveret, ſed connixit: Eodem verò Imperatore ex mortalium cætu emigrante, ac libertate *S. R* Imperii Electoribus, *P*rincipibus & ſtatibus reſtituta occaſionem rata eſt S. *R* M. omnium ordinum cooperatione quærendi, ut vulneri quod paulatim refricari cæpit in tempore medicina adhiberetur. Itaque mox per miſſum ad eos Ablegatum declarari fecit, quanto ſtudio teneretur reductæ non ita pridem ingentibus impenſis tranquillitatis publicæ, monendo partim ea, quæ ad rerum turbationem à defuncto Imperatore parari tunc certiſſimè conſtabant, partim quæ apertis poſtea in Poloniam trajectis *R*egis Hungariæ armis manifeſtò agebantur, ac ad hortan-

hortando, ut dum per Imperii vocationem plene liceret, publicæ quieti tem-
peſtive conſuleretur. Mereri ſecuritatem Imperii *R*omani, ut qui faſtigium
ejus affectare vellet, paci cum vicinis regnis litaret, quam, ut monſtraret S. *R.*
M. quanti ipſamet faceret, per iteratam legationem Francofurtum ac Mœ-
num miſſam non obſcure ſignificavit haud aliud ſe pro manifeſta vi & iniuria
contra leges publicas illata, poſtulaturam, quam ſimplicem reconciliationem
& ſecurum eorum, quæ beneficio inſtrumenti pacis ei debentur, uſum, atq;
ut Domus Auſtriaca ab hoſtibus S.R.M. ſeparata, deinceps nihil contra di-
ctam Weſtphalicam pacem in præjudicium S. R. M committeret. Has
tam moderatas S. *R.* M. etiam poſt adbibitam vim & læſa pacta animi ratio-
nes, quicunque pacem amat, laudare utique tenetur, cum inductâ oblivione
injuriarum ante actarum nulli nec occaſioni nec tempori Eam defuiſſe vi-
deat, quo aliqua honeſtæ pacis anſa præberetur. Quod autem Domus Au-
ſtriaca ſurdis adeò auribus conditionem oblatam ſpreverit, ita ut ſalutares S.
*R.* M. conatus proficere nequicquam potuerint, iis imputandum, quorum
hæc proria eſt culpa. Non tamen deſtitit *S.* R.M. perſeverare in bono pro-
poſito, quamvis obnitentibus ejus adverſariis. Cum enim rractatus in Po-
lonia oſtentaretur, atque Domus Auſtriaca pariter ſecum ibi tractandi co-
piam promitteret, nihil omninò diſtulit. S R. M. quod eò facere poſſet. Sal-
vos conductus & cętera conventuris neceſſaria inſtrumenta ſic parari curavit,
ut non minus intelligeretur pronam eſſe S. R. *M.* cum ea Domo in ipſa Polo-
nia tractandi, quam cum Polonis met ipſis, Quibus *S.* R *M.* jam perpetuo
tenore & inde ab initio belli *P*olonici, quamdiu ipſa in *P*olonia verſaretur,
& poſtea etiam, neceſſitas imponeretur è Pruſſia in Daniam migrandi ſtu-
dium & voſuntatem ſuam conſpicuis ſatis argumentis approbavit, conſtitutis
& relictis ſemper, qui pacis reſtitutioni indefeſſè operarentur. Factum
tamen eſt hactenus tam à parte *P*olonorum quam Auſtriacorum, ut proprio-
res non redderentur vices, quam quæ ab eludentibus ferè exſpectari ſueve-
runt. Nec deſunt indicia haud quaquam obſcura, quæ arguant non ipſos
modo Auſtricos eſſe à pace alienos, utpote qui in turbidis piſcari & lucrari
jam diu didicerunt, ſed etiam quæ probent eoſdem gentem Polonam ad ſu-
pinam obſtinationem & quamvis remoram injiciendam, hortatos eſſe: id-
que non alio certe fine, quàm ut Poloni domi diverſis ſtudiis committantur.
& ſic certatim atterantur magis, paciſq; interea beneficio privetur, & retibus
in ſimul Aſtriacis ita implicentur, ut inde ſeſe extricare, cũ maxime velint, il-
lis haud integrum ſit. Igitur hucuſque evenit, ut quamvis ſaniores eorum & li-
berari cõpedibus Auſtriacis, & ſopiri cũ *R*eg. *S*uc. bellũ. cupiant. Nihilo tamẽ
magis



magis proficiant, quin plerique deterioribus ſubornati conſiliis, non unum
committant in ſalvis conductibus & præviis tractatui inſtrumentis errorem,
modo enim juſtam & uſitatam ſæpius titulaturam negant, modo ſigillum *R*e-
gni ita deformant non tantum ut vix deprehendas nomen ipſius Regis, ſed
etiam quædam adeo delentur, quædam corrumpuntur, quædam etiam nova
nec hactenus in ſigillo *P*olonico viſa, adcruſtantur, ut cujus fuerit ſigillum
aut inſcriptio, haut tam in facili ſit dignoſcere. Et cum de emendatione è
Parte S. R.M. inſtanter monitum ſit, tum verò omnia in pejus mutantur, ut
deprehenſum fit, nunc Legatos quoſdam eſte excluſos, nunc integras *P*ara-
graphos eliſas, nec curæ habitum ut dies, quo ſcripti ſunt, pro ſolito expri-
meretur, id quantum interſit, ut Comitiorum tempore fiat, judicare poteſt,
quicunque *R*emp. Polonam non ignorat; adeoque aliæ maculæ poſt alias ſub-
indè irrepſerunt, aut facilè animadvertas Polonos, ſive aliorum conſiliis ſe-
ductos, ſive de induſtria propria peccare, nec rem ſerio agi; reperiri v. circa
quamvis promiſſam emendationem novum defectum, qui paci publicæ aut
in præſens ſit impedimento, aut in futurum fraudi. E contra *S R* M. Sueciæ
quæ eodem conſtantiæ tenore paci revocandæ incumbit, jamdiu nec abſque
magnis ſumptibus cum Legatis ſuis, inſtrumenta tractatui neceſſaria ſecum
habentibus, non modo pro *P*olonis, ſed ętiam pro eorum fæderatis præſto-
latur. adeoque pro Electore Brandeburgico, qui poſt ſacram pactorum re-
ligionem irreverenter habitam, & denique fide mala ſervatam, tantum abeſt,
ut bonam intentionem S.*R*.M. agnoſcat & amplectatur, ac paucis nomen in
animum admittat, ut ſuper arma, quæ in *S*.R.M, vehementer ſtringit, futi-
libus inſuper & impudentibus ſuorum miniſtrorum ſcriptis & vociferationi-
bus animi ſui vim acuat & exſerat. Ex quibus omnibus, qui remotum à
ſtudiis partium geſtant animum ſatis cognoſcere poſſunt, non per S. R. M.
ſtetiſſe hactenus tam evidentibus documentis ad omnes reconciliationis vias
promptam, quominus tractatus pacis convenientibus in locis & per o-
mnia inſtituantur, ſed per eos obſtacula injici, quorum animi revocandæ quie-
tis media horrent aut aſpernantur, vel etiam eluſionibus obluctantur.

*C*æterum, ut ad Daniam revertamur, atque eidem eandem pacis viam fu-
iſſe apertam monſtremus, prolixum foret deducere quam S. *R.* M. ex animo
deſideravit, aut nunquam ad manus fuiſſe perventum, aut pacem *R*oſchilden-
denſem, ut pronis ulnis à Danis acceptatam, ita bona fide obſervatam fuiſſe
*S*upervacuum etiam eſſet agere quod alibi ſuo loco expoſitum eſt. Illud ta-
men ſciendum, *S*.*R*.M. quamquis in Dania cum armis reverti coactam, nun-
quam tamen detrectaſſe honeſtas & tutas compoſitionis vias. Et quanquam
cunctatione ſua & negatione executionis *S*ac. *R*eg. Maj. adeò irritave-
rint Dani, ut de vindicta in crimina eorum unicè cogitare S. *R.* M. non im-
meritò ſtatueret, fecit tamen ſingularis ejus humanitas & moderatio, ut cir-
I ca ſu-

ca ſuum reditum in Selandiam, Danicis Legatis Ringſtadii & ipſa & per ſuos
ibidem miniſtros ſignificari curaverit, ut ſi de ſe Dani ſolliciti eſſent Suecico
Legato Haffniæ ſubſiſtenti aliquid medicinæ ad præſens tempus ad aptandæ
proponerent, ſuper quo, qnemadmodum res deinceps ſanari poſſet conſili-
um amplius caperetur. Eorum enim interfuit per hujuſmodi merita in tali
ſtatu conſtitutorum, aliquid proferre, quod ſecuriorem, quam S. R. M. ex-
perta eſt, pacem, polliceretur, ſed ſicuti pectoribus eorum jam diu fixum fuit
pacem Roſchildenſem enervare, nec ullam cum Suecia arctiorem aut ſaltem
fidam amicitiam colore, præſertim ex quo per æſtatis beneficium aliundè
promiſſis & ſpe onerarentur, ita huic occaſioni imminere æquo animo haud
ſuſtinuerunt, quin ambo Legati Hafniam reverſi, Legatum Suecicum qui-
dem inviſere, non tamen ullam pacis mentionem fecerunt, ſed invertendo
ordinem, apud eum explorarunt, an quidpiam à S. R. M. in mandatis habe-
ret quod proponeret? Cum verò in rem præſentem illi nihil commiſſum eſ-
ſet, niſi ut cauſam regreſſus in Selandiam exponeret, eoſque audiret & S. R.
M. audita referret, ab omni ſtudio compoſitionis Legati Danici quoque
deſtiterunt, ſcribens alter eorum ad Legarum Gallicum, Equitem de Terlon,
quod nihil à Legato Suecico potuerunt expiſcari, cæterum, cauſam, totam
Deo eſſe committendam, ut facilè hinc animadvertas de pacis curâ eos pa-
rum fuiſſe ſolicitos, imo ut fraudem obſerves, hic alter Legatorum ad quen-
dam ſuæ nationis virum Litteras dedit, quibus rogat, ut operam det, ne ad
Gallicum Legatum profectæ litteræ in manus Suecorum perveniant, non cer-
tè aliam ob cauſam, quam ne Suecis documentum exiſteret, quo Danicum
dolum in pacis curâ mundo vulgarent. S. R. M. cui perpetuum eſt ſub ipſis
belli fervoribus pacem ſectari, & ſi ei res non infeliciter cedunt, non ita mul-
tò poſt etiam per Gallicum Legatum occaſionem fecit tractatui & compo-
ſitioni, ſed non benignius eius propoſitio, quam ſuperior conditio acceptata,
imo ſat ſuperbè ſuper ea re inſulſe à Regni Daniæ Magiſtro reſponſum eſt,
ita ut omnis ſpes inducendi hac via tractatum S. R. M. decollata videretur.
Potuiſſet S R M. iuſtâ quoque commoveri indignatione, atque pacis beni-
gnitatem tantiſper pigre & invete Eam audientibus recondere, præſertim
cum res eo loco non eſſet, ut Suecos magis quam Danos premeret, ſed non
ignara, in eum maximè finem geri debere, ut honeſta & tuta pax, quæ uni-
cus S. R. M. ſcopus perpetuo fuit, reſultet, tergiverſationi importunæ quo-
rundam non nihil condonandum eſſe cenſuit, ac Commiſſariis ſuis ad Polo-
nicum Tractatum deſtinatis in commiſſis dedit, ut ſi ab ea parte Dani ſui co-
piam facerent, poriter nomine S R. M. Succiæ juſtis procuratoriis communi-
ti adeſſent, qui cum iis de compoſitione congrederentur Præterea etiam non
obſcurum eſt, quoties ore & ſcripto propenſionem ſuam Ablegato Extra-
ord: Reip: Augliæ S. R. M. diverſis temporibus aperuerit, qui etiam nulli pe-
percit



percir operæ labori, literis, ut aliquam Hafnia pacis curam eliceret, hactenus
tamen nequidquam egit, nt facilè intelligatur ſupervacuam fuiſſe omnem e-
jus diligentiam & induſtriam, apud gentem pacis odio & duritie ſupinam.
Deſinant ergò culpæ notam in S. R. M. derivare, qui ipſi in cauſa ſunt, quod
cruento tam diu bello invicem committamur, quod pacis cura tam languidè
proficiat ac commercia interim patiantur. Nam quod Rex Daniæ excipiat
ſe non poſſe pacem amplecti cum Svecia, niſi pariter in Boruſſia flamma ſo-
piatur, rationemque addat, quod cum Septentrionalium Regnorum pace li-
ber commerciorum curſus alias non redintegretur, id quæſitum eſt effugium,
ne pacis nomen invaleſcat atque tale quod Daniam inter omnes circumja-
centes populos quam minimum afficiat. Quid enim? ante hos quatuor an-
nos cum bellum in Polonia & Boruſſia inflammaretur, nihilo plus queſtus
eſt Rex Daniæ, quam olim ipſius parens, cum bellum iiſdem in locis à Svecis
gereretur, quorum alter ſingularibus documentis cauſam Svecicam aſſeruit,
hic verò cum voto boni ſucceſſus poſtea inſtitutum S. R. M. Sveciæ approba-
vit, neuter verò de iniquitate in commercia vocem edidit. Et ſanè ſi quæ-
piam exiſtit ditio, quæ hodiè ſenſum aliquem turbatorum commerciorum
intimius deprehendit; apud eam Regnum Sveciæ ſuum profiteri nomen opus
habet, utpotè quod pleroſq; maris Baltici portus poſſidens, eorumque ma-
gnam ſibi partem bello obnoxiam habens, quorum in manu & opera præci-
pua commerciorum cura ſita eſſe ſolet, quam maximè affligi neceſſe eſt ſub
prætextu ergò & vana ſpecie liberi commerciorum uſus, ſicuti Dani, cum iis
volupe ſic eſſet, terras & ditiones Svecicas ante hac in juſte in vaſerant, atque
ſic belli flammas in ſeptentrione ſuſcitaverant, ita nunc moras nectere & bel-
li neceſſitas in longum trahere inſtituunt, id quod ante Roſchildenſem pa-
cem quoque facere conati ſunt, donec jugulo eorum Deus enſem admovens
meliorem genti inderet mentem. Et quamquam ſuper cæteras conteſtatio-
nes non ita pridem S. R. M. Sveciæ prolixe declaraverit, quantâ propenſione
in ſtudia pacis feratur, cum eadem urgerent Seren: Reip. Angliæ miniſtri,
ita ut exinde atque ex ſuperioribus ſatis liqueat ejuſdem voluntas redeundi in
amicitiam non modo cum Dania ſed etiam cum omnibus ſuis hoſtibus, atque
bonam cum iiſdem correſpondentiam reſtituendi; Nihilominus ut neminem
fugiat S. Reg. Daniæ fruſtra ſubducere, & inanes ſibi figurare ſpecies, nul-
lamque omnino per S, R. M. Sveciæ fieri moram, quin pacis ſtudium è veſti-
gio & quovis modo refloreſcat Hocce S. R. M. in animum induxit uni-
verſo mundo declarare, iis verò primis qui univerſali tractatui operam dare
præſeverunt, quod S. R M. eundem quoque approbare & acceptare firmiter
decreverit, modo illi qui talem tractatum ſive commentantur, ſivè ex vero
proponunt, aliquas exhibeant rationes, quibus negotium non implicari ma-
gis ſed ad proſperum finem commodè deduci poſſe probaverint. Sic enim

pro-

procedendum eſt, ut ſive pluribus locis tractatus fuerit inſtitutus, aliena & heterogenea non miſceantur & confundantur, ſed pro more alibi ſervato, partes inter ſe quidem agant & tractent, ſed pro habitu, conditione & natura rei atque controverſiarum conſtitutione & diverſitate diverſi mode, & ſi hac methodo & ratione felicius profici poſſe, fidis rationibus oſtenſum fuerit; promittit *S. R.* M. non alienam ſe fore ab ea ſententia, quin ut cum omnibus reconciliationem inſtitui ardenter cupit, ita à ſe facilè impetrare poteſt, ut profiteatur univerſalem tractatum non invitam ſe amplecti velle. Cæterum ſi non ſeriò ſed ſub obtentu res agitur atque negotia pacis majoribus forſan hoc ipſo implicita fuerint difficultatibus, proteſtatur S. *R.* M. coram toto orbe ſe non modo culpa improſperi eventus vacare velle, ſed etiam teneri de jure eum debere ad commerciorum turbatorum indemnitatem præſtandam, qui ſub prætextu ſpecioſo & conſiliis ſubdolis commercia impedire & morari inſtituerit, honeſtæque pacis occaſiones & vias, reperta quavis exceptione & declinatione occluſerit, adeoq; ad trahendum bellum cum hoſtibus S. R. M. ſtrictiora fœdera bellique ſocietates iniverit, quibus bonæ pacis commerciorumque rationes non poſſunt non obſeri & conculcari. Actum Cronenburgi ut ſupra, In fidem majorem ſub *Sigillo Regio* & ſubſcriptione Cancellariæ.

L. S.

Ex mandato S. *R.* M.
Eduard Ehrenſteen.

95
97.

# MEMORIALE

Quod

Poſt Cæſarei Exercitus irruptionem in Pomeraniam, & apertam hanc Pacis Imperii rupturam,

*Exhibitum eſt*

SAC. ROM. IMPERII

Ordinariæ Deputationi, die 30. Auguſti ſt. vet. Anno 1659.

A

S. R. M. SVECIÆ

Conſiliario, Præſide Ducatuum Bremenſis & Verdenſis & p. t. ad S. R. Imperii Ordines Legato & Plenipotentiario,

MATTHIA BIÖRENKLOU

Hæreditario in Elmenhoff, Wanneſtadt & Tislingen.